
SE TAIRE E FAIRE

THE

"OPUS MAJUS"

OF

ROGER BACON

EDITED WITH

INTRODUCTION AND ANALYTICAL TABLE

BY

JOHN HENRY BRIDGES

FELLOW OF THE ROYAL COLLEGE OF PHYSICIANS; SOMETIME
FELLOW OF ORIEL COLLEGE

SUPPLEMENTARY VOLUME: CONTAINING—REVISED
TEXT OF FIRST THREE PARTS; CORRECTIONS;
EMENDATIONS; AND ADDITIONAL NOTES

With Facsimile of Bacon's Hebrew and Greek Writing

"Induire pour déduire afin de construire."
AUGUSTE COMTE.

"Omnes scientiae sunt annexae, et mutuis se fovent auxiliis,
sicut partes ejusdem totius, quarum quaelibet opus suum peragit
non solum pro se sed pro aliis."
ROGER BACON, *Opus Tertium.*

WILLIAMS & NORGATE
14 HENRIETTA STREET, COVENT GARDEN, LONDON
20 SOUTH FREDERICK STREET, EDINBURGH
AND 7 BROAD STREET, OXFORD
1900

FRATRIS ROGERI BACON

ORDINIS MINORUM, OPUS MAJUS.

PARS PRIMA

CAPITULUM I.

SAPIENTIAE perfecta consideratio consistit in duobus, videlicet ut videatur quid ad eam requiritur quatenus optime sciatur, deinde quomodo ad omnia comparetur, ut per eam modis congruis dirigantur. Nam per lumen sapientiae ordinatur ecclesia Dei, respublica fidelium disponitur, infidelium conversio procuratur, et illi qui in malitia obstinati sunt valent per virtutem sapientiae reprimi, ut melius a finibus ecclesiae longius pellantur, quam per effusionem sanguinis Christiani. Omnia vero quae indigent regimine sapientiae ad haec quatuor reducuntur nec potest pluribus comparari. De hac igitur sapientia tam relate quam absolute scienda nunc secundum tenorem epistolae praecedentis, quod[1] possum ad praesens probabili[2] persuasione, donec certius scriptum et plenius compleatur[2], vestrae Celsitudini[3] praesentare conabor. Quoniam autem illa de quibus agitur sunt grandia et insolita, gratiam et favorem humanae fragilitatis requirunt. Nam et[4] secundum Philosophum septimo Metaphysicae, ea quae sunt

[1] J., quid. For quod—conabor, O. has, quicquid possum circa persuasionem ad praesens vestrae Beatitudini praesentare conabor.

[2] J. omits probabili—compleatur. [3] J., Beatitudine. [4] J. omits et.

maximae cognitionis secundum se, sunt minimae apprehensionis quoad[1] nos. Involuta enim veritas in alto latet, et in profundo posita est, ut dicit[2] Seneca septimo de beneficiis, et quarto Naturalium; et Marcus Tullius in Hortensio[3] dicit[4] quod omnis intellectus noster multis obstruitur difficultatibus, quoniam ipse se habet ad manifestissima in sua[5] natura, sicut oculus noctuae et vespertilionis ad lucem solis, ut Philosophus dicit secundo Metaphysicae, et velut surdus a nativitate ad delectationem harmonicam, sicut nono[6] Metaphysicae dicit Avicenna. Quapropter sufficit nobis[7] in inquisitione veritatis proprii intellectus imbecillitas, ut quantum possumus causas et occasiones erroris extraneas longius a debilitate sensus nostri relegemus.

Quatuor vero sunt maxima comprehendendae veritatis offendicula, quae omnem quantumcunque sapientem impediunt, et vix aliquem permittunt ad verum titulum sapientiae pervenire, videlicet fragilis et indignae auctoritatis exemplum, consuetudinis diuturnitas, vulgi sensus imperiti, et propriae ignorantiae occultatio cum ostentatione sapientiae apparentis. His omnis homo involvitur, omnis status occupatur. Nam quilibet in singulis actibus vitae et studii et omnis negotii tribus pessimis ad eandem conclusionem utitur argumentis, scilicet, hoc exemplificatum est per majores, hoc est consuetum, hoc vulgatum est; ergo tenendum. Sed oppositum conclusionis longe melius sequitur ex praemissis, sicut per auctoritatem et experientiam et rationem multipliciter probabo. Si vero haec tria refellantur aliquando magnifica rationis potentia, quartum semper in promptu est, et in ore cujuslibet, ut quilibet suam ignorantiam excuset, et licet nihil dignum sciat, illum tamen magnificet impudenter[8], ut sic saltem suae stultitiae infelici solatio veritatem opprimat et elidat. Ex his autem pestibus mortiferis accidunt omnia mala generis humani[9]; nam ignorantur utilissima et maxima et pulcherrima sapientiae documenta, et omnium scientiarum

[1] O., apud.
[2] J., dicit, also O. V., ait.
[3] V., Hortensis. J., Hortensio.
[4] J., dicit. V., dicunt.
[5] J., sua. V., sui.
[6] O., undecimo.
[7] J. omits nobis. O. and V. retain it.
[8] J., impudenter. V. and O., imprudenter.
[9] O., humano generi.

et artium secreta; sed pejus est quod homines horum quatuor caligine excaecati[1] non percipiunt suam ignorantiam, sed eam omni cautela palliant et defendunt, quatenus remedium non inveniant; et quod pessimum est, cum sint in tenebris errorum densissimis, aestimant se esse in plena luce veritatis; propter quae verissima reputant esse in fine falsitatis, optima nullius valoris, maxima nec pondus nec pretium obtinere; et e contrario falsissima celebrant, pessima laudant, extollunt vilissima, caecutientes ad omnem sapientiae fulgorem fastidientes de eis[2] quae magna facilitate[3] possunt adipisci; et propter stultitiae magnitudinem ponunt summos labores, consumunt tempora multa, magnas expensas effundunt in his quae nullius utilitatis vel parvae[4] sunt, nec dignitatis alicujus secundum judicium sapientis; et ideo necesse est ut violentia et malitia harum quatuor causarum omnis mali cognoscantur in principio et reprobentur[5], et longius[6] a consideratione sapientiae relegentur. Nam ubi haec tria dominantur, nulla ratio movet, nullum jus judicat, nulla lex ligat, fas locum non habet, naturae dictamen perit, facies rerum mutatur, ordo confunditur, praevalet vitium, virtus extinguitur, falsitas regnat, veritas exsufflatur. Et ideo nihil magis necessarium consideratione, quam certa damnatio[7] istorum quatuor per sententias sapientum electas, quibus non poterit contradici.

Quoniam vero sapientes tria prima simul colligunt[8] et reprobant, et quartum propter singularem stultitiam propriam limaturam desiderat[9], ideo primo trium malitiam aperire conabor. Sed quamvis auctoritas sit unum ex istis, nulla loquor ratione de solida et vera auctoritate, quae vel Dei judicio collata est Ecclesiae, vel quae ex merito et dignitate personae nascitur in sanctis et perfectis philosophis[10] et aliis sapientibus, qui juxta humanam possibilitatem in studio sapientiae experti sunt; sed de illa auctoritate loquor, quam sine Dei consilio violenter usurpaverunt multi in hoc mundo, nec ex merito

1 J., obcaecati. 2 O. omits de eis. 3 O., facilitate. V., falsitate.
4 O. om. vel parvae. 5 V., inserts in fine, after reprobentur; omitted by J. and O.
6 longe, O. 7 J., damnatio; V., damnatione.
8 O., collidunt. 9 J., desiderat. V., desiderant.
10 O., in sanctis philosophis et perfectis prophetis; om. et aliis sapientibus.

sapientiae, sed ex propria praesumptione et desiderio famae, et quam vulgus imperitum multis concessit in pernicionem propriam judicio Dei justo. Nam secundum scripturam propter peccata populi multoties regnat hypocrita; de sophisticis enim auctoribus multitudinis insensatae[1] loquor, qui[2] aequivoce sunt auctores, sicut oculus lapideus aut[3] depictus nomen habet oculi, non virtutem[4].

CAPITULUM II.

Haec[5] tria reprobat sacra scriptura, sancti doctores condemnant, jus canonicum vetat[6], philosophia reprehendit; sed propter rationes prius tactas de[7] philosophicis allegandis, et quia minus vulgatae sunt sententiae philosophorum circa haec tria, eas principaliter introducam. Simul vero omnes has tres pestes Seneca libro secundarum epistolarum prope finem uno sermone condemnat. Dicit igitur, 'Inter causas[8] malorum nostrorum est, quod vivimus[9] ad exempla[10], nec ratione componimur, sed consuetudine adducimur[11]; quod si pauci facerent nollemus imitari, cum plures facere coeperint, quia frequentius quam[12] honestius id facimus, et recti locum apud nos tenet error, ubi publicus factus est.' Philosophus vero per totam philosophiam suam persequens auctoritatem indignam secundo Metaphysicae causas erroris humani asserit praecipuas consuetudinem et populi testimonium. Et iterum Seneca in[13] libro de vita beata dicit, Nemo sibi soli errat, sed alieni erroris causa et auctor est, versatque nos et praecipitat traditus per manus error, et alienis perimus exemplis. Et in secundo libro de ira, propter malitiam consuetudinis ait, Difficulter reciduntur vitia quae nobiscum creverunt. Et in libro de vitae beatitudine contra vulgi sententiam refert, Nulla res majoribus malis nos implicat, quam[14] quod ad rumorem componimur, optima rati ea quae magno assensu recepta sunt, nec ad rationem sed ad similitudinem vivimus. Inde est ista tanta coacervatio aliorum

[1] J., insensatae, V. insensata.
[2] O., quæ aequivoce sunt.
[3] J., aut. V., et.
[4] J., veritatem.
[5] O., Sed.
[6] O., vetat. V. J., vitat.
[7] J. O., de. V., esse.
[8] J. O., causas. V., casus.
[9] J., vovimus.
[10] O., exemplar.
[11] O. abducimur.
[12] J., quamsi.
[13] J. omits 'in.'
[14] J., quam quod. V., quam.

super[1] alios ruentium. Quod enim in strage hominum magna evenit, cum ipse se populus premit, nemo ita cadit ut non alium in se attrahat, primique sunt exitio[2] sequentibus. Hoc in omni vita accidere videas[3]. Et item dicit in eodem, Stat contra rationem defensor[4] mali sui populus; et infert, Non tam bene cum rebus humanis agitur, ut meliora pluribus placeant, et sequitur, Argumentum pessimum turba est. Et Marcus Tullius tertio de quaestionibus Tusculanis ait, 'Cum magistris traditi sumus, ita variis imbuimur erroribus, ut vanitati veritas, et opinioni confirmata ipsa natura cedit.' Atque in Lucullo dicit, 'Quidam obsecuti amico cuidam aut una cum aliquo[5] quem audierunt[6] oratione capti, de rebus incognitis judicant, et ad quamcunque sint disciplinam quasi tempestate delati, tanquam ad saxum inhaerescunt; plerique[7] errare maluerunt[8], eamque sententiam quam adamaverunt defendere, quam sine pertinacia[9] perquirere quid constantissime dicunt.' Et propter pravitatem consuetudinis quaerit in primo de divina natura, 'Non pudet speculatorem naturae ab animis consuetudine imbutis petere testimonium veritatis?' Et contra vulgi sensum dicit in proemio secundi quaestionum, Philosophia est paucis contenta[10] judicibus, multitudinem ipsam consulte fugiens, eique suspecta et invisa. Et in eodem secundo ait, 'Laudabiliora mihi videntur omnia quae sine populo teste fiunt.' Sed alii divisim haec tria persequuntur. Nam in libro Quaestionum Naturalium Adalardi[11] quaeritur[12] de auctoritate fragili, 'Quid est aliud auctoritas hujusmodi quam capistrum? ut bruta quippe animalia capistro ducuntur quolibet, nec quo nec quare ducantur discernunt[13]; sic[14] nec paucos bestiali credulitate captos ligatosque ipsa auctoritas in periculum ducit.' Et in libro de aeternitate mundi[15] dicitur,[16] 'Qui elegerit alteram partem quaestionis propter amorem consuetudinis non potest recte

1 J., supra.
2 J., exitio. V., ex vitio.
3 O. om. Hoc—videas.
4 J. O., defensor. V., defensorum.
5 J., alia.
6 J., audiant; audierunt, V.
7 J., populique.
8 J. O., malunt.
9 J. O., pertinacia. V., pertumacia.
10 J., conjuncta.
11 J. O., Alardi.
12 J., quaeritur. V., quærit.
13 J., discernunt. V., discunt
14 J. O., sic. V., sed.
15 O., Dei, J. V., mundi.
16 V. om. dicitur.

discernere veram opinionem.' Et Averroes in fine[1] secundi Physicorum dicit, 'Consuetudo est maxima causa impediens a pluribus rebus manifestis. Quemadmodum enim consuetus ad aliquas operationes licet nocivas erunt ei faciles, et ideo credit[2] eas esse utiles; similiter cum assuetus fuerit credere sermones falsos a pueritia, erit illa consuetudo causa ad negandum veritatem, sicut quidam tantum assueti fuerunt[3] comedere venenum, quod factum est eis cibus.' Et idem Averroes vult super secundum Metaphysicae, quod 'opposita principiorum cum fuerint famosa sunt magis receptibilia a multitudine et sequentibus testimonium multorum, quam ipsa principia.' Atque Hieronymus in prologo quinti libri super Jeremiam asserit veritatem paucis contentam esse, et hostium multitudine non terreri. Johannesque[4] Chrysostomus super Matthaeum dicit quod a veritate nudos se esse professi sunt, qui multitudine se armaverunt.

CAPITULUM III.

Quod per auctoritates probatum est, experientia cujuslibet certius[5] dijudicat.

Nam experimur in nobis et aliis quod haec tria ut pluribus[6] amplectuntur mala, frequentius[7] falsis adhaerent. Quod si aliquando bonis et veris implicentur fere semper sunt imperfecta, et debilem gradum obtinent sapientiae. Matris quidem exempla[8] ut in pluribus sequitur filia, patris natus, domini servus, regis bajulus[9], praelati subditus, magistri discipulus. Quia familiare est filiis[10] Adae sibi auctoritatem vindicare et sua exempla spargere in lucem. Nam omnes homines, secundum Aristotelem quarto Ethicorum, amant sua opera ut parentes natos, et poetae metra[11], et sic de aliis. Et ideo multi nimia scribendi licentia usi sunt, adeo ut pravis[12] et bestialibus viris insinuare non dubitaverunt, cur chartas non[13]

[1] J., ante finem.
[2] J. O., credit. V., credunt.
[3] J. O., fuerunt. V., fuerint.
[4] J., Johannes (omitting 'que').
[5] J. O., certius. V., distinctius.
[6] J. V., ut pluribus. O., ut in pluribus.
[7] J., frequentiis.
[8] O., opera.
[9] J., bailivus. V. et O., baiulus.
[10] J. O., filiis. V., filius.
[11] J., metra. V., metrum.
[12] J. V., pueris bestialibus.
[13] J., nunc.

impletis, cur a tergo non scribitis? Et hi sunt sicut pastor claudus et caecutiens cum ovibus multis, quas errantes per devia falsitatis non possunt nec sciunt ad saniora sapientiae pascua revocare, et sunt similes avibus, quae optant sine alis volare, prius de magisterio praesumentes, quam boni discipuli gradum adepti sunt. Qui necessario tot incidunt in errores, quod otiosi comparatione ipsorum reputant se felices; sicut quando multi currunt in stadio, ille quem desperatio currere non permittit, quantumcunque sibi videatur bravium[1] pretiosum, se tamen felicem reputat comparatione illius qui currens cadit in foveam non praevisam[2]. Et ideo videmus fide oculata[3] quod pro uno exemplo veritatis tam in scientia quam in vitâ sunt plus quam mille falsitatis[4]. Mundus enim plenus est hujusmodi exemplis, atque unum exemplum verae perfectionis decem millia imperfecta invenit de facili. Natura enim in numeris formavit nobis proprium perfectionis et imperfectionis documentum. Nam cum numerus perfectus dicatur, cujus partes aliquotae ipsum praecise constituant, non est nisi unus infra denarium, scilicet senarius; et unus inter decem et centum, ut 28; et unus inter centum et mille, ut quadringenta nonaginta sex; et unus inter mille et decem millia, ut octo millia centum viginti octo; et sic ultra; et utinam sic esset inter homines, et hoc humano generi sufficeret. Sed nunquam fuit hoc nec in veritate vitae nec scientiae[5], neque erit usque ad finalem peccati destructionem, quoniam non solum est raritas eorum, qui in omni virtute et scientia perfecti sunt, sed eorum qui ad perfectionem unius virtutis vel scientiae devenerunt. Primi sunt et erunt ac fuerunt semper paucissimi. Nam sunt vere perfecti; de decem enim[6] millibus hominum unus non invenitur sic perfectus neque in statu vitae neque in professione sapientiae; utinam de secundo genere perfectorum infra denarium unus esset, et sic ultra, ut perfectio numerorum in hominibus conservetur. Sed non est ita, immo longe aliter invenitur. Similiter de consuetudine probamus per experi-

[1] O. omits bravium (Med. Lat. for prize of victory).
[2] O., eam invisam.
[3] O. om. fide oculata.
[4] V., falsitates.
[5] O., nec in vita nec in scientia.
[6] O. om. enim.

entiam in actibus nostris, quod nunc dictum est in exemplis personarum [1]. Revolvat quilibet vitam suam ab infantia sua, et inveniet quod in pluribus ejus operibus facilius mala et falsa duxit in consuetudinem; nam in bonis et veris identitas humanae fragilitatis [2] mater est satietatis, et delectatur miser homo in varietate [3] utilium secundum sententiam auctoritatum, quas in principio allegavi; e contrario quidem in malis et falsis ac nocivis sibi et aliis. Nam ut in pluribus actibus, nisi gratia specialis [4] et privilegium divinum in aliquibus perfectis obvient, humana corruptio diligenter continuat ea quae veritati et saluti sunt contraria; nec taedio afficitur in peccati continuatione, nec fastidium de facili invenit in rebus vanis. Quod si aliquis a juventute applicetur ad vitae et scientiae veritatem, hic ut in pluribus suis occupationibus [5] continuat imperfectionem, et in ea jocundatur; perfectio vero contristat eum frequentius, nam paucissimos delectat, et maxime in virtutum et scientiarum plenitudine; et ideo accidit quod aetas juvenilis vix cavet ab errore, et senectus cum summa difficultate ad perfectionem in aliquo transcendit. De vulgo vero est idem judicium. Nam multitudo generis humani semper erravit in Dei veritate, et paucitas Christianorum illam recepit; atque scimus quod plebs Christianorum imperfecta est; nam paucitas sanctorum hoc ostendit. Similiter de philosophica doctrina; vulgus enim mundi [6] semper caruit sapientia philosophiae. Brevis enim philosophorum numerus hoc declarat. Et vulgus quidem philosophantium imperfectum semper remansit. Nam de philosophis famosis solus Aristoteles cum sua familia notatus est judicio omnium sapientum, quoniam ipse partes [7] philosophiae digessit secundum possibilitatem sui temporis; sed tamen ad finem sapientiae non pervenit, sicut satis manifestabitur inferius.

CAPITULUM IV.

Sed tamen quantumcunque fragilis sit auctoritas, nomen habet honoris, et consuetudo violentior est ad peccatum quam

[1] O. om. personarum.
[2] J. V., fragilitatis, O., fragilitati.
[3] J. O., varietate. V., arietate.
[4] J., spiritualis. V. et O., specialis.
[5] O., actibus.
[6] O. om. mundi.
[7] J., partes omnis.

ipsa; utraque autem earum impetuosior est sensus vulgi. Nam auctoritas solum allicit, consuetudo ligat, opinio vulgi obstinatos parit et confirmat. Consuetudo enim est altera natura, ut dicit Philosophus in[1] libro de memoria et reminiscentia, et in libro problematum; et ideo majorem violentiam quam auctoritas inducit. Unde Philosophus decimo[2] Ethicorum sententiae Jeremiae de pelle Aethiopum adhaeret, dicens, quod impossibile est vel difficile eum, qui per consuetudinem in malis induratus est, mutari ad bonum. Et Sallustius in Jugurthino sensum Solomonis profert cum ait, 'Ubi adolescentiam habuere, ibi senectutem agunt.' Sententia quidem vulgi caeteris improba magis est. Nam ut ait Seneca tertio declamationum libro, 'Multitudo semel mota modum servare non potest'; propter quod Johannes Chrysostomus super Matthaeum dicit, Convenerunt ut multitudine vincerent, quem ratione superare non poterant. Et considerandum est diligenter quod vulgus imperitum non solum violentius est ad persuasionem mali quam reliqua duo, sed stultius est et magis elongatum a fine sapientiae. Nam exemplum perfectionis trahitur ab aliquo in consuetudinem, sed vulgo sufficit ut non erret. In nullo enim statu Ecclesiae requiritur quod ejus perfectionem teneat multitudo. Nam etiam apud religiosos paucitas figitur in centro perfectionis suae, et multitudo in circumferentia vagatur; et sic est in statu clericorum[3] secularium, et in statu laicorum, ut cernimus ad oculum evidenter. Turba enim sicut cum Moyse in montem[4] non ascendit, sic nec cum Christo. Nec in transfiguratione Christi multitudo discipulorum assumpta est, sed tres electi specialiter; et cum magistrum perfectionis Christum turba secuta est per annos duos praedicantem, post haec dimisit eum, et in fine clamavit, Crucifige. Nam vulgus nihil perfectum continuare potest; utinam in vita vel in studio[5] non erraret. Et sicut hoc videmus[6] in veritate fidei, sic in philosophiae professoribus. Nam semper sapientes contra vulgus divisi sunt, et arcana sapientiae non toti mundo solum sed plebi philosophantium

[1] J. omits in.
[2] J. O., x°. V., secundo.
[3] O., in statu multorum saecularium.
[4] J. O., montem; monte, V.
[5] J., studio sapientiae. O., nec in studio errasset.
[6] J., nos videmus hoc.

velaverunt [1]. Quoniam sapientes Graeci nocturnis vigiliis congregati vacabant sine vulgo collationibus sapientiae, de quibus A. Gellius conscribit in libro Noctium Atticarum, id est collationum sapientiae nocturnalium, quas sapientes Attici, id est Athenienses Graeci celebra[ba]nt ut multitudinem vitarent. In quo etiam dicit, Stultum est asino praebere lactucas, cum ei sufficiant cardui [2], loquens de vulgo cui rudia et vilia et imperfecta sapientiae sufficiunt alimenta. Nec oportet margaritas spargi inter porcos; nam rerum majestatem minuit, qui vulgat mystica; nec manent secreta, quorum fit turba [3] conscia, sicut in libro Gemmarum edocetur. Atque Aristoteles in libro secretorum dicit se fore fractorem sigilli coelestis, si secreta naturae vulgaret. Et propter hoc sapientes licet darent in scriptis radices arcanorum sapientiae, tamen ramos et flores et fructus vulgo philosophantium non dederunt. Nam vel omiserunt scribere, vel per sermones figurativos et multis aliis modis, de quibus non est ad praesens dicendum [4], occultaverunt. Quoniam secundum sententiam [5] Aristotelis in libro secretorum, et Socratis magistri sui, secreta scientiarum non scribuntur in pellibus caprarum et ovium, ita quod a vulgo valeant aperiri. Sapientissimi enim et maxime experti multoties maximam difficultatem in libris reperiunt antiquorum. Et cum Philosophus dividat probabile primo [6] Topicorum, separat vulgus a sapientibus: nam dicit probabile esse quod videtur omnibus, vel pluribus, vel sapientibus; sub omnibus enim comprehenduntur vulgus et sapiens communiter, ergo per plures vulgus designatur; quare de consortio sapientum non est ipsum vulgus insensatum. Et hoc accidit ei non solum propter sui [7] propriam stultitiam, sed quia ut in pluribus caput recipit languidum et infirmum [8], quod erroribus proclive est et auctor imperfectionis, cujus nutu [9] ducitur in omnem eventum, ut in epistola praeeunte notavi [10]. Et

[1] O., non toti mundo sed plebi philosophantium revelaverunt.

[2] J. O., cardui. V., cardi.

[3] J., turba fit. O., turba est.

[4] O. om. de quibus—dicendum.

[5] J., sententiam. V., scientiam.

[6] J., in primo. O., primo libro.

[7] J., suam. O. om. propriam.

[8] J. omits et infirmum.

[9] J. O., nutu. V., initium.

[10] J., ut in epistola praeeunte notavi. V., ut suo loco magis explicabitur. O. ends sentence with eventum.

ideo vulgus imperitum nunquam ad perfectionem sapientiae potest ascendere; nam nescit uti[1] dignissimis[1] rebus[1]; quas si aliquando a casu contingat, omnia convertit in malum, et ideo justo Dei judicio negatae sunt ei viae perfectionis, et optime secum agitur, quando[2] permittitur non errare. Et suum nomen ostendit omnia quae praedicta sunt; nam apud omnes auctores vocatur vulgus imperitum vel insensatum. Imperitia vero in errore et in imperfectione consistit, et ideo vulgo familiaris est error et imperfectio, et saepius errat quam velit licet imperfecte sentire veritatem[3]. Nam multi sunt vocati, pauci vero electi ad veritatis divinae receptionem, et similiter philosophicae. Quia Philosophus dicit secundo Topicorum, quod sentiendum[4] est ut pauci[5], licet loquendum sit ut plures, pro loco et tempore[6]; quia stultitiam vulgi aliquando simulare providentia summa aestimatur, praecipue cum est in furore suo. Ex his igitur[7] omnibus colligitur malitia et stultitia horum trium, et damnum humani generis infinitum, et ideo suspecta sunt in omni causa, nec eis confidendum; et maxime vulgi sensus est negligendus propter dictas rationes speciales, non quin[8] aliquando cadant haec super vera, sed[9] quia ut in pluribus falsis implicantur; et rarissime exemplum et consuetudo perfectionem habent; vulgus autem nunquam pertingit ad eam, ut prius explanatum est.

CAPITULUM V.

Munimen[10] vero ac[11] defensionem contra haec habere non possumus, nisi mandata et consilia Dei ac[12] scripturae suae et juris canonici, sanctorum ac philosophorum et omnium sapientum antiquorum, sequamur. Et si his mandatis et consiliis adhaereamus, non possumus errare, nec debemus in aliquo reprobari. In praedictis igitur per philosophica[13] principaliter allegatum est ad ostendendum horum pravitatem et

[1] J., rebus uti dignissimis.
[2] J. O., quando. V., quoniam.
[3] O. om. et saepius—veritatem.
[4] J., sciendum. O. et V., sentiendum.
[5] J., rauci.
[6] O. om. pro loco et tempore.
[7] J. omits igitur.
[8] J. O., quin. V., quando.
[9] J. O., sed. V., et.
[10] V., Lunimen.
[11] J., ad.
[12] J., aut.
[13] O., philosophiam.

stultitiam, propter quas ipsa[1] possemus et deberemus evitare. Sed propter causas assignatas de inducendis philosophorum testimoniis silui fere in aliis; ad hoc[2] idem[2] quae nunc supponenda sunt, ac si essent proposita. Nunc autem possum innuere[3] consilia, testimonia in quibus consilium vel mandatum de obviando istis expressius habetur. Contra igitur sensum vulgi teneamus mandatum Exodi, Non sequeris turbam ad faciendum malum, nec in judicio plurimorum acquiesce sententiae, ut a vero devies. Et consilium Tullii in fine de quaestionibus[4] impleamus dicentis, 'Tu autem etsi in oculis sis multitudinis, tamen in ejus judicio stare noli, nec quod ipsa putet idem putare pulcherrimum.' Et Seneca libro de copia verborum invitat nos et consolatur recedentes a via multitudinis, dicens, 'Nondum felix es, si nondum te turba deriserit.' Et contra consuetudinem impleamus consilium Cypriani, Consuetudo sine veritate vetustas erroris est, propter quod relicto errore, sequamur veritatem. Et Augustinus praecipit quod veritate manifesta, cedat consuetudo veritati, quia consuetudinem veritas et ratio semper excludunt[5]. Et Isidorus, Usus auctoritati cedat; pravum usum lex et ratio vincant[6]. Et ideo Tullius libro[7] de immortalitate animae, laudans et extollens eos qui fugiunt consuetudinem, dicit, 'Magni animi est cogitationem a consuetudine revocare. Nomen autem auctoritatis[8] favorabile est. Et ideo majores nostri venerandi sunt, sive habeant auctoritatem veram, sive apparentem, quae est auctoritas ducum vulgi.' Et contra usum apparentis auctoritatis non solum sunt propria consilia et mandata secundum vias Dei et sanctorum et philosophorum et omnium sapientum, sed quicquid contra vitia humanae fragilitatis apud auctores veros dici potest, commune est eis qui auctoritate abutuntur praesumpta. Et ideo si consilia et mandata habemus contra defectus[9] verorum auctorum, multo magis contra abutentes. Sed quia auctores

[1] J. O., ipsa. V., ipsas.
[2] J., hoc idem. V., hæc idem. O. omits ad hoc—essent proposita.
[3] J., invenire.
[4] J., quaestionibus in fine.
[5] J. O., excludit.
[6] O., vincant. V., vincat.
[7] O. om. libro.
[8] J., auctoritas. O., auctoritatis.
[9] J., defectum. O. V., defectus.

veridici, ut sancti et philosophi principales[1], juverunt nos in consideratione veritatis, regratiandum eis est, sicut Aristoteles primo Metaphysicae regratiatur suis praedecessoribus, et in fine Elenchorum de inventis multas ipsemet cupit habere grates. Quoniam vero prima fundamenta[2] jecerunt, est eis non solum regratiandum, sed quasi totum cum quadam reverentia ascribendum. Secundum quod Seneca vult tertio Naturalium, 'Si quid a posterioribus inventum est, nihilominus referendum antiquis, quia magni animi fuit rerum latebras primitus dimovere, et plurimum ad inveniendum contulit, qui speravit posse reperiri; et quamvis propter humanam fragilitatem in multis defecerunt, tamen excusandi sunt.' Nam ut in libro memorato ait Seneca, 'Cum excusatione veteres audiendi sunt.'

J. much mutilated here, only beginnings of lines left.

Capitulum VI.

Sed quoniam propter peccatum originale et propria[3] cujuslibet peccata partes[4] imaginis laesae sunt, nam ratio caecutiens est, memoria fragilis, ac voluntas depravata, et verum ac bonum uno modo sunt, falsum autem cuilibet vero oppositum, et malum cuilibet bono contrarium infinitis modis variantur; quia ut Philosophus secundo Ethicorum[5] exemplificat, facile est diverti[6] a signo dato, propter multiformem declinationis possibilitatem, sed veritas et virtus sunt in puncto; infinitae etiam sunt veritates ac virtutes, atque innumerabiles gradus in qualibet veritate ac virtute sunt; manifestum est quod mens humana non sufficit dare quod necessarium est in omnibus, nec potest in singulis vitare falsum nec malum. Et ideo ad auctorum dicta verorum potest convenienter addi, et possunt corrigi[7] in quampluribus. Et hoc egregie docet[8] Seneca in libro quaestionum naturalium, quoniam tertio libro dicit 'Opiniones veteres parum exactas esse et rudes, circa verum adhuc errabatur[9]. Nova erant omnia primo tentantibus, postea eadem illa limata sunt, nulla res consummata est, dum incipit.' Et in

J. comparatively perfect again.

[1] O. om. principales. [2] O., qui vero prima principia. [3] O., proprium.
[4] J., partis. O. V., partes. [5] J. O., Ethicorum. V., Topicorum.
[6] V., diversi. [7] O., potest communiter addi et corrigi.
[8] O., Hoc egregie docet. V., haec egregia dicit. [9] O. om. adhuc errabatur.

quarto libro dicit, 'Veniet tempus quo ista quae nunc latent in lucem dies extrahat[1], et longioris aevi diligentia ad inquisitionem tantorum una aetas[2] non sufficit. Multa venientis aevi populus ignota nobis sciet, et veniet tempus, quo posteri nostri[3] tam aperta nos nescisse mirentur.' Et ideo dicit Priscianus[4] in prologo majoris voluminis, quod nihil est perfectum in humanis inventionibus, et affert, 'quanto juniores, tanto perspicaciores,' quia juniores, id est posteriores, successione temporum ingrediuntur labores priorum. Et cum jam per causam et auctoritatem verificatum sit quod volo, nunc tertio per effectum[5]. Nam semper posteriores addiderunt ad opera priorum, et multa correxerunt, et plura mutaverunt, sicut patet per Aristotelem maxime, qui omnes sententias praecedentium discussit. Et etiam Avicenna et Averroes plura de dictis ejus correxerunt. Et adhuc reprehenditur de mundi aeternitate, quam nimis inexpressam[6] reliquit; nec mirum, cum ipsemet fateatur se non omnia scivisse. Nam quadraturam circuli se ignorasse confitetur, quod his diebus scitur veraciter; et cum hoc ignoravit, multo magis majora. Atque Avicenna dux et princeps philosophiae post eum, ut dicit commentator super capitulum de Iride in libro Meteororum Aristotelis,[7] et opera in totam philosophiam ab eo digesta[8] ab Aristotele hoc manifestant,[7] dixit se naturam Iridis ignorasse, sicut praedictus commentator fatetur. Et in tertio Physicorum se ignorare unum de decem praedicamentis, scilicet praedicamentum habitus, dicere non veretur. Et proculdubio in libro suo de philosophia vulgata errores et falsa continentur, ut in nono[9] Metaphysicae ponitur error de mundi[10] productione, in quo dicitur quod Deus propter infinitam unitatem quam habet, et ne recipiat varietatem dispositionum, non potest creare nisi unum, scilicet angelum primum, qui creavit secundum cum coelo primo, et secundus tertium cum coelo secundo, et sic ultra. Et cum in decimo ponat omne peccatum habere fines

J. very imperfect again, only ends of line left.

[1] J., extraxat. [2] J., res. [3] J. O., posteri nostri. V., posterum.
[4] J., ps. [=prius? praedictus?] O., praeterea. [5] O., per effectum probabo.
[6] V., virtus expressam. O., nimis inexpressam.
[7] O. om. Aristotelis—manifestant. [8] V., digesta sunt.
[9] O., undecimo. [10] O. om. mundi.

purgationis suae in alia vita, et singulas[1] animas peccatrices redire ad gloriam, manifeste errat, et sic in multis. Et Averroes maximus post eos sicut in multis[2] redarguit Avicennam, sic et sapientes nostri eum in pluribus corrigunt, non immerito, quia proculdubio erravit in multis locis, quamvis optime dixit in aliis. Et si isti majores erraverunt, multo fortius alii[3] minores. Quoniam autem in errores inciderunt, multo magis defecerunt in necessariis, superflua et inutilia cumulantes, dubia et obscura et perplexa spargentes; et haec omnia peccata in libris eorum manifesta sunt cuilibet, et per effectum in nobis probantur. Nam tanta difficultate videndi[4] veritatem premimur et vacillamus[5], quod fere quilibet philosophantium contradicet alii, ita quod vix in una vanissima quaestione, vel in uno vilissimo sophismate, vel una operatione sapientiae, sicut in medicina et chirurgia et aliis operationibus scientiarum[6], unus cum alio concordat. Sed non solum philosophi, immo sancti aliquid humanum in hac parte sunt passi. Nam ipsimet retractaverunt dictorum suorum quamplurima. Unde Augustinus, qui major in inquisitione veritatum occultarum reputatur, fecit librum de retractatione eorum, quae non bene praedixerat. Et Hieronymus super Isaiam, et alibi[7] pluries, non veretur suam sententiam retractare. Nam celeritate dictandi in transferendo pluries se confitetur deceptum fuisse, et multis aliis modis; et sic omnes alii doctores fecerunt. Sancti etiam ipsi mutuo suas correxerunt positiones, et sibi invicem fortiter resistebant. Etiam Paulus Petro restitit, sicut ipsemet confitetur. Et Augustinus sententias Hieronymi reprehendit; et Hieronymus Augustino contradicit in pluribus. Haec exemplis eorum manifesta sunt[8], et posteriores priorum dicta correxerunt. Nam Origenem, maximum doctorem secundum omnes, in multis posteriores reprobant, quia inter caetera posuit errorem Avicennae de animabus peccatricibus, scilicet quod nulla finaliter damnabitur. Et cum multi sacri doctores ac famosi exposuerunt Israel ut dicatur *vir videns*

J. comparatively perfect again.

[1] O. om. singulas. [2] O., eum in multis. [3] O. om. alii.
[4] J. O., videndi. V., intendi. [5] J., vacillamus. V., evacillamus.
[6] O. om. una operatione—operationibus scientiarum.
[7] O., alii plures. [8] O., manifesta sunt ut inferius exponetur.

Deum, venit Hieronymus super Genesim, et probat falsam[1] esse expositionem per rationes irrefragabiles, sicut inferius exponetur. Unde dicit, Quamvis auctoritatis sint, et eorum umbra nos opprimat, qui[2] Israel virum videntem Deum interpretati sunt, tamen magis consentimus Deo vel angelo qui hoc nomen imposuit, quam auctori[3] alicujus eloquentiae secularis. Et doctores catholici in studiis solemnibus constituti nunc temporis in publicis multa[4] mutaverunt quae sancti dixerunt, eos pie[5] exponentes ut possunt salva veritate.

CAPITULUM VII.

Quoniam igitur haec ita se habent, non oportet nos adhaerere omnibus quae audivimus et legimus, sed examinare debemus districtissime sententias majorum, ut addamus quae eis defuerunt, et corrigamus quae errata sunt, cum omni tamen[6] modestia et excusatione. Et ad hanc audaciam erigi possumus, non solum propter necessitatem, ne deficiamus vel erremus, sed[7] per exempla et auctoritates eorum, ut in nullo simus reprehensibiles de praesumptione. Nam Plato dicit, Amicus est Socrates magister meus, sed magis amica veritas. Et Aristoteles dicit se magis velle veritati consentire, quam amicitiae Platonis doctoris nostri carissimi. Haec ex vita Aristotelis et primo Ethicorum et libro Secretorum manifesta sunt. Et Seneca dicit in[8] libro de quatuor virtutibus cardinalibus, Non te moveat dicentis auctoritas. Non quis, sed quid dicat intendito[9]. Et Boetius libro de disciplina scholarium, 'Stultum est magistratus orationibus omnino confidere, nam primo credendum, donec videatur quid sentiat; postea est fingendum eundem in dicendo errasse, si forte reperire queat discipulus quod commissae obviat sedulitati magistrali[10].' Et Augustinus dicit ad Hieronymum, quod solos auctores scripturae sacrae vult credere in scribendo

[1] O., falsum esse, omitting seven following words.
[2] J. O., qui. V., quod.
[3] J., auctoritati.
[4] J., multa mutaverunt. V. om. mutaverunt.
[5] J., eos pie. V. om. eos.
[6] J. O., omni tamen. V. om. omni.
[7] J., vel per. O. and V., sed per.
[8] J. omits in.
[9] O. om. dicat intendito.
[10] V. om. Et Boetius—sedulitati magistrali. J. O., give the passage

non errasse, sed in scripturis aliorum, quantumcunque sanctitate et doctrina polleant, non vult verum putare nisi per canonem, et alios auctores, vel per rationes sufficientes possint probare quod dicunt. Et ad Vincentium dicit, Negare non possum nec debeo, sicut in ipsis majoribus ita multa esse in tam multis opusculis meis, quae possunt justo judicio et nulla temeritate culpari. Et in prologo libri tertii de Trinitate[1] dicit, Meis litteris nisi certum intellexeris, noli firmum tenere. Item ad Fortunatum, 'Neque[2] quorumlibet disputationes, quamvis catholicorum et laudatorum hominum, veluti scripturas canonicas habere debemus, ut nobis non liceat, salva honorificentia quae illis debetur hominibus, aliquid in eorum scriptis improbare atque respuere, si forte invenerimus quod aliter senserint quam veritas habeat, divino adjutorio vel ab aliis intellecta, vel a nobis[3]. Talis ego sum in scriptis aliorum quales volo esse intellectores meorum.' Si igitur propter necessitatem vitandae falsitatis et consequendi[4] perfectiorem statum sapientiae possumus et debemus, et consulimur per sanctos et philosophos dignos, ut eorum dicta mutemus loco et tempore et ad sententias[5] addamus, multo fortius licentiamur ad hoc et cogimur in eis quae vulgi sunt, et ideo [eorum] qui vulgo praesunt imperito, praecipue cum capita multitudinis istius temporis non attingant ad dignitatem auctoritatis sanctorum et philosophorum magnorum, nec sapientum antiquorum, quorum aliquos nostro tempore conspeximus.

Capitulum VIII.

Remedium vero contra haec tria non est, nisi ut[6] tota virtute[7] auctores validos[8] fragilibus, consuetudini rationem, sensibus vulgi sententias sapientum praeponamus; et non confidamus in argumento triplicato, hoc exemplificatum est, vel consuetum, aut vulgatum, ergo tenendum. Patet enim[9] ex praedictis secundum sententias sanctorum et omnium

No mark of fresh chapter in V. But it is plainly marked in J.

[1] J. O., Trinitate. V., veritate. [2] J., neque ad. [3] O. om. divino—a nobis.
[4] J., consequendae. O. V., consequendo.
[5] J., sententias eorum. O., eorum sententias. [6] J., in. V. O., ut.
[7] J. O., virtute. V., virtutes. [8] J. O., validos. V., solidos. [9] J., ergo.

sapientum[1] quod longe magis sequitur oppositum conclusionis ex eisdem praemissis. Et licet totus mundus sit[2] his causis erroris[3] occupatus, tamen audiamus libenter contraria consuetudini vulgatae. Nam hoc est magnum remedium horum malorum, secundum quod Averroes dicit in fine secundi Physicorum, quod mala consuetudo auferri potest per consuetudinem audiendi contraria. Nam multum operatur in opinione, quae est per consuetudinem audire res extraneas, quod confirmat per effectum, dicens, quod ideo opinio vulgi est fortior quam fides philosophantium, quia vulgus non consuevit audire diversa, sed philosophantes multa audiunt. Propter quod igitur Vestra Sapientia non miretur, nec indignetur Auctoritas, si contra consuetudinem vulgi et exempla vulgata laborem. Nam haec est via sola perveniendi ad considerationem veritatis et perfectionis.

Capitulum IX.

Non solum quidem eae[4] causae generales sunt malorum in studio et in vita, sed quarta nequior his tribus est similiter communis in omni statu, et apud quamlibet personam regnare demonstratur. Conjunxi quidem praedictas tres causas propter hoc quod sapientes eas saepius conjungunt, et separavi hanc ab illis propter malitiam principalem. Haec enim est singularis fera, quae depascit et destruit omnem rationem, quae est desiderium apparentis sapientiae, quo fertur omnis homo. Nam quantumcunque parum sciamus, et licet vile, illud tamen extollimus; celebramus etiam multa quae ignoramus, ubi possumus occultare ignorantiam, scienter ostendimus, ut de nihilo gloriemur. Et quicquid nescimus, ubi scientiam[5] ostentare non valemus, negligimus, reprehendimus, reprobamus et annihilamus, ne videamur aliquid ignorare, quatenus saltem mundo muliebri et fuco meretricio nostram ignorantiam infami remedio coloremus[6]. Unde utilissima et maxima et omni decore[7] plena et sua proprietate

[1] O., sententias sanctorum aut sapientum. [2] J. omits sit. [3] J., errens.
[4] J., hae. [5] J., sententiam. O. V., scientiam.
[6] J., toleramus. O. V., coloremus. [7] J., doctore. O. V., decore.

certissima a nobis per hanc viam et ab aliis relegamus. Haec vero pestis praeter malitiam absolutam quam habet recipit cumulum suae pravitatis in eo quod est fons et origo causarum trium praedictarum. Nam propter zelum nimium[1] sensus proprii et excusandi ignorantiam statim exoritur fragilis auctoritatis praesumptio, qua nitimur propria extollere et reprehendere aliena. Deinde cum omnis homo diligat opera sua, ut dicit Aristoteles, nostra libenter trahimus in consuetudinem. Et cum nemo sibi soli errat, sed dementiam[2] suam spargere gaudet in proximos, ut dicit Seneca libro secundarum epistolarum, nostris[3] adinventionibus[4] occupamus alios, et eas in vulgus[5] quantum possumus dilatamus. Necesse vero est causas universales has praemitti, ad hoc ut error vitetur et veritas relucescat. Nam in morbo spirituali evenit sicut in morbo corporali; medici[6] per signa causas proprias et particulares morbi cognoscunt[7]; sed tam haec quam illas praecedit causarum universalium notitia, quas actionibus[8] naturalium medicus habet scire; quia dicit Philosophus libro de Sensu et Sensato, ubi terminantur principia naturalis philosophiae incipiunt principia medicinae. Similiter igitur in cura ignorantiae et erroris, ut veritas sana inducatur, ante ipsius propositi exhibitionem requiritur ut signa et causae particulares ostendantur; sed prae omnibus exiguntur causae universales, sine quibus nec signa aliquid ostendunt, nec causae particulares demonstrant. Nata enim nobis est via cognoscendi ab universalibus ad particularia, sicut dicit Philosophus in principio[9] Physicorum. Nam ignoratis communibus ignorantur quae post communia relinquuntur.

Haec autem quarta causa[10] multum invaluit ab antiquo, sicut nunc improba invenitur, quod in theologicis sicut in philosophia manifesto per experientiam et exempla. Moyses

[1] J., minimum. O. V., nimium.

[2] J. V. O., sententiam; Seneca, dementiam.

[3] J., et nostris.

[4] J. O., adinventionibus. V., adulationibus.

[5] J. O., vulgum.

[6] J. O., medici enim.

[7] J. O., cognoscunt, V., cognoscant.

[8] O., a communibus naturalium.

[9] J., primo. O. V., principio.

[10] J., nam haec causa quarta. O., Haec autem. V. (beginning fresh chapter), Lec autem.

enim simplicissimus recepit sapientiam legis a Deo, contra quam Pharao et Aegyptii et populus Hebraeorum et omnes nationes murmurabant, ita quod plebs Dei electa vix hanc sapientiam voluit recipere; et tamen praevaluit lex contra adversarios, qui neglexerunt et impedierunt sapientiam quam non didicerunt. Similiter Dominus Christus omni simplicitate et sine plica falsitatis incedens, et apostoli simplicissimi intulerunt sapientiam mundo, quibus satis contradictum erat propter ignorantiam solam tantae novitatis, et tandem, licet cum summa difficultate, sacra veritas est recepta[1]. Deinde sancti doctores cum profluvia expositionum legis divinae voluerunt dare, et magno impetu aquarum sapientiae Ecclesiam irrigare, diu reputabantur[2] haeretici, et compositores falsitatum. Nam sicut prologi beati Hieronymi in Bibliam et alia ejus opera probant, ipse vocabatur corruptor Scripturae[3] et falsarius, et haeresium seminator, et in tempore suo succubuit, nec potuit sua opera in publico ponere[4]; sed tandem post mortem suam veritas suae translationis claruit, et sua expositio, ac per omnes ecclesias dilatatae sunt, ita ut nullum vestigium[5] translationis antiquae, scilicet 70 interpretum, qua prius usa fuit Ecclesia, valeat reperiri. Dum etiam beatissimus Papa Gregorius auctoritate functus est[6] libris ejus non fuit contradictum; sed post mortem famosi in Ecclesia egerunt ad hoc ut comburerentur[7], et per miraculum Dei pulcherrimum fuerunt salvati, et apparuit mundo sapientia cum suavi veritate et devotione plenissima. Et similiter concurrit impedimentum veritatis apud omnes sacrae scripturae doctores. Nam renovantes studium semper receperunt contradictionem et impedimenta, et tamen veritas invalescit et invalescet usque ad dies Antichristi.

Similiter de philosophia. Aristoteles enim voluit complere[8] scripta priorum et multa renovare, qui licet sapientissimus homo[9], tamen repulsam et occultationes suae sapientiae visus est usque fere ad haec tempora recepisse. Nam primus

[1] J. O., recepta. V., reperta.
[2] J., reputabantur. V., reputabamur.
[3] J. O., scripturae. V., Bibliae.
[4] J. O., promovere.
[5] J. O., vestigium translationis antiquae. V. omits translationis antiquae.
[6] J. omits est. O. V., functus est.
[7] J., comburerentur. V., comburentur.
[8] J. O., contradicere prioribus. V., complere scripta priorum.
[9] O. om. homo.

Avicenna revocavit[1] philosophiam Aristotelis apud Arabes in lucem plenam. Vulgus enim philosophantium ipsum ignoravit; pauci enim et modicum philosophiae Aristotelis attigerunt ante tempus Avicennae, qui diu post tempus Machometi nuper[2] philosophatus est. Avicenna vero[3] praecipuus Aristotelis expositor et maximus imitator multas rebelliones[4] passus est ab aliis. Nam Averroes major post eos et alii condemnaverunt Avicennam ultra modum; sed his temporibus gratiam sapientum[5] obtinuit quicquid dicat Averroes, qui etiam diu neglectus fuit et repudiatus, ac reprobatus a sapientibus famosis in studio, donec paulatim patuit ejus sapientia satis digna, licet in aliquibus dixit minus bene[6]. Scimus enim quod temporibus nostris Parisius diu fuit contradictum naturali philosophiae et metaphysicae Aristotelis per Avicennam et Averroem[7] expositis, et ob densam ignorantiam fuerunt libri eorum excommunicati et utentes eis per tempora satis longa. Cum igitur haec ita se habent[8], et nos moderni approbamus viros praedictos tam philosophos quam sanctos; et scimus quod omnis additio et cumulatio sapientiae quas dederunt sunt dignae omni favore, licet in multis aliis diminuti, et in pluribus superflui, et in quibusdam corrigendi, et in aliquibus explanandi, manifestum nobis est quod illi qui per aetates singulas impediverunt documenta veritatis et utilitatis, quae oblata fuerunt eis per viros praedictos, nimis erraverunt, et quod vitiosi plurimum fuerunt in hac parte; sed hoc fecerunt propter scientiam extollendam[9], et propter ignorantiam palliandam. Ergo in nobis ipsis debemus facere idem argumentum, ut cum nos[10] respuamus et vituperemus quae ignoramus, clamemus hoc esse propter ignorantiae nostrae defensionem, et ut illa modica, quae scimus, sublimius attollamus. Permittamus igitur labores introduci congaudentes veritati, quia proculdubio licet cum difficultate veritas semper praevalebit apud sapientes, donec

[1] J. O., revocavit. V., renovavit.
[2] O. om. nuper.
[3] J. O., autem.
[4] O. rebellitates.
[5] O., sapientiam.
[6] J., bene minus. O. V., minus bene.
[7] J. V. O., Aueroys.
[8] J., se habent ita.
[9] J., scientiae extollendae. O., scientiae extollentiam. O. om. palliandam.
[10] J. omits nos.

Antichristus et ejus appareant praecursores. Nam semper bonitas Dei est parata sapientiae donum augumentare per subsequentes et subsequentium sententias in melius transformare.

CAPITULUM X.

Caeterum duo sunt hic discutienda, scilicet praesumptae scientiae ostentatio, et excusatio ignorantiae infrunita[1]. Propter primum debemus advertere diligenter, quod cum infinitae sint veritates Dei et creaturarum, atque in qualibet sint gradus innumerabiles, oportet quod pauca sciantur a quolibet, et ideo de multitudine scitorum non oportet aliquem gloriari. Et cum intellectus noster se habet ad maxima, sicut oculus vespertilionis ad lucem[2] solis, ut prius secundum Philosophum allegatum est, oportet quod sint pauca[3] quae veraciter sciamus; nam pro certo ubi[4] intellectus noster de facili comprehendat illud valde modicum est et vile, et quanto cum majori difficultate intelligit, tanto est nobilius quod acquiritur. Sed tamen omne illud super quod potest intellectus noster ut intelligat et sciat, oportet quod sit indignum respectu eorum, ad quae in principio credenda sua debilitate obligatur[5], sicut sunt divinae veritates et multa naturae et artis complentis naturam secreta, de quibus nulla ratio humana dari potest in principio; sed oportet quod per experientiam illuminationis interioris a Deo recipiat intellectum, scilicet in sacris veritatibus gratiae et gloriae, et per experientiam sensibilem in arcanis naturae et artis expergefactus inveniat rationem.

Et adhuc minora sunt longe quae credimus quam quae ignoramus, sicut sunt secreta Dei et arcana vitae aeternae, quae utcunque vidit apostolus ad tertium coelum raptus, nesciens utrum in corpore vel extra corpus, quae tanta sunt, ut non liceat homini loqui de illis. Et similiter in rebus creatis; nam ob magnam nostri intellectus difficultatem certum[6]

[1] J. O., infrunita. V., infinita. [2] O., lumen.
[3] J. O., parva. [4] J. O., ubi. V., nisi.
[5] J., obligatur. V., sunt debilitate obligatum. The reading in the text is that of O. with which J. as far as it is decipherable agrees.
[6] O. om. certum est.

est antequam videatur Deus facie ad faciem, nunquam homo sciet aliquid[1] in fine certitudinis. Et ideo si per[2] infinita seculorum[3] secula viveret in hac mortalitate, nunquam ad perfectionem sapientiae in multitudine scibilium et certitudine pertingeret. Nam nullus est ita sapiens in rerum naturis qui sciret certificare de veritatibus omnibus quae sunt circa naturam et proprietates unius muscae, nec sciret dare causas proprias coloris ejus, et quare tot pedes nec[4] plures nec pauciores haberet, nec rationem reddere de membris et ejus proprietatibus[5]. Est igitur homo impossibilis ad perfectam sapientiam in hac vita, et ad imperfectionem veritatis est nimis[6] difficilis, et multum pronus et proclivis[7] ad falsa et vana quaecunque. Quapropter non est homini gloriandum de sapientia, nec debet aliquis[8] magnificare et extollere quae scit. Pauca enim sunt et vilia respectu eorum quae non intelligit sed credit, et longe pauciora respectu eorum quae ignorat, nec novit fide nec scientia. Et quoniam respectu eorum quae scit homo restant infinita quae ignorat, et sine omni comparatione majora et meliora et pulchriora, insanus est qui de sapientia se extollit. Maxime[9] insanit qui ostentat, et tanquam portentum suam scientiam nititur devulgare.

J. very imperfect here, more than half a leaf gone, except for a few words in each line.

Praeterea quis audet de sapientia gloriari, cum totam medullam quam unus quantumcunque studiosus addiscit per 30 vel 40 annos[10] cum expensis et laboribus gravissimis[11], valeat uni puero docili certo scripto et verbo sufficienter ostendere[12] per annum unum vel in tempore minori. Nam hoc probavi in puero praesenti, qui cum paupertate magna et modicam habens instructionem quantitatem anni vix ponens in addiscendo novit tot et tanta quod omnes mirantur qui eum cognoscunt. Nam secure[13] dico quod licet aliqui sciant plus de philosophia et linguis, et in diversis diversi ipsum excedant, non tamen inter Latinos sunt[14] qui eum ex omni parte transcendunt[15], et

[1] V., nec aliquid. J. O. omit 'nec.'
[2] J. O., si per. V., super.
[3] O. om. seculorum.
[4] J. O., et non. O. om. nec pauciores.
[5] O. om. et proprietatibus.
[6] J., minus. O. V., nimis.
[7] J., proclivus.
[8] J., aliquid.
[9] J., et maxime.
[10] O. per nonaginta annos.
[11] O. om. cum—gravissimis.
[12] O., ostenderet, *pro* valeat ostendere.
[13] O., securus.
[14] V. om. sunt.
[15] J., transcendunt. V., transcedunt.

ipse singulis illorum[1] est in aliquibus par, et in aliquibus[2] singulos excedit. Nec est aliquis inter Latinos quin multa bona valeat ab hoc puero auscultare. Nec aliquis tam sapiens est, cui non sit necessarius multis modis. Quamvis enim omnia quae scit[3] didicit meo consilio et regimine et adjutorio, et multa[4] ipsum docui verbo et scripto, tamen me senem in multis transcendit propter meliores radices quas recepit quam ego[5], ex quibus potest flores et[6] fructus salubres expectare, ad quos ego nunquam pertingam. Quare igitur gloriabor de scientia? Nec aliquis, quantumcunque in studio senuerit, cum hic puer curret citius in magnalia sapientiae, si adhuc bono consilio dirigatur, sicut ei hactenus est provisum[7]? Non dico quin sapientes et experti[8] poterunt[9] per suam propriam virtutem facilius et citius eruere multa secreta sapientiae quam hic puer per seipsum, quia non est expertus vires suas, nec percipit quantum novit, nec aliquid potest facere juxta fundamenta sibi data[10]. Sed sicut in radicibus excedit alios, ut dictum est, sic vero, si sano et efficaci consilio et auxilio juxta fontalem plenitudinem quam habet dirigeretur, nullus senior[11] consequeretur eum in sapientialium profluviis rivulorum. Et quoniam sapientes se sentiunt magis vacuos quam insipientes volunt[12] de ipsis confiteri, ideo videmus homines quanto sapientiores sunt tanto humilius se inclinare ad doctrinam alterius suscipiendam, nec dedignantur simplicitatem docentis, sed ad rusticos vetulas et pueros se humiliant; quoniam simplices et idiotae aestimati[13] sciunt multoties magna quae latent sapientes, sicut Aristoteles docet in libro de Somno et Vigilia secundo. Nam cum simplicibus est sermocinatio Dei secundum scripturam, et experientia reddit nos certos in hac parte, quoniam plura secreta sapientiae semper inventa sunt apud simplices et neglectos, quam apud famosos in vulgo; quia homines famosi occupantur in eis[14] quae vulgantur. Et haec non possunt esse magnalia, sicut patuit in prioribus, plura etiam

[1] V., illorum quorum quatuor. O. om. quorum quatuor. [2] J., quibusdam.
[3] O. om. quae scit. [4] O. om. multa. [5] O. om. quam ego.
[6] O. om. flores et. [7] O. om. Nec aliquis—provisum.
[8] J. O., experti. V., experte. [9] O., potuerunt.
[10] O. om. nec percipit—sibi data. [11] J.O., seniore. V., senior.
[12] O., vel volunt. [13] J. O., aestimati. V., aestimare. [14] J., his.

utilia et digna sine comparatione didici ab hominibus magna simplicitate detentis, nec nominatis in studio, quam ab omnibus doctoribus meis famosis. Proposui igitur Vestrae Sapientiae hoc exemplum, et transmisi personam non solum propter duas causas superius annotatas, sed in argumentum perfectum, ut nullus glorietur de sapientia, nec despiciat simplices qui sciunt proponere ea quae famosis hominibus in scientia Deus non concessit[1], et sciunt revelare et renovare multa sapientiae[2] secreta dignissima quae sapientes[3] nondum perceperunt.

CAPITULUM XI.

Secundum vitium quod hic reperitur est quod ignorantia obtinet locum persuasionis. Sed cum veritas impugnatur nefas est et puritas malitiae[4]; deinde ignorantiae turpitudo crescit magis et clarius revelatur. Crescit quidem quia nititur a se et ab aliis excludere sapientiam; apertius quidem revelatur, quoniam coram Deo et omnibus[5] sanctis veraciter innotescit, ac secundum judicium omnis sapientis, quamvis[6] sit languens ignorantia apud ignorantes et stultos, suam confusionem palliare vitant[6]. Tertio cum judex teneatur habere scientiam causae, non habet homo ignorans auctoritatem judicandi de his quorum habet ignorantiam, et ideo si affirmet[7], vel neget, ejus judicio stari non debet, immo ex hoc vehementius resistendum, quod sententia qualiscunque feratur ex ignorantia quae auctoritatem non habet. Unde si verum diceret, verisimile non esset, et sententiam ignorantia foedaret[8]. Nam ut dicitur in libro de virtutibus cardinalibus, ibi nullam auctoritatem habet sententia, ubi qui damnandus est damnat. Quapropter sive sapiens[9] apud vulgus[10], sive secundum veritatem, sive bonus seu sanctus affirmet vel reprobet quod ignoret, et maxime in excusationem suae ignorantiae vel ostentationem sapientiae apparentis, approbari non debet de hac parte, sed negligi et contradici, quamvis in aliis fuerit magnifice collaudandus.

1 V., cognoscit; O., concessit. 2 O. om. sapientiae.
3 O., sapientes vulgati. 4 O., malitia. 5 O., hominibus.
6 O. om. quamvis—vitant. 7 J. O., de illis affirmet.
8 J. is imperfect: '. . . [? sententiam] ignorantia foedaret.' V., sententiandis ignorantia foedaretur. O. omits the words.
9 O., sapientes. 10 J., sive vulgum.

CAPITULUM XII.[1]

Again the greater part of a leaf lost in J.

Hanc[2] vero[2] causam omnium malorum nostrorum cum aliis tribus ideo specialiter introduxi, ut sciamus nunc sicut retroactis temporibus multa quae sunt utilissima et omnino necessaria studio absolute considerato et quatuor modis relate praetactis negari, negligi, et ex sola ignorantia reprobari; et pro infinitis latius explicandis posterius in singulis partibus sapientiae, volo nunc aliqua exempla praemittere grossiora. Cum enim linguarum cognitio et mathematicae est maxime necessaria studio Latinorum, ut tactum est superius, et exponetur loco opportuno, et fuit praecipue in usu sanctorum et omnium sapientum antiquorum, nos moderni negligimus hoc et annihilamus et reprobamus, quia ista et eorum utilitatem nescimus. Deinde si aliqui sapientes et sancti aliqua neglexerunt aut humana fragilitate devicti aut ex causa rationabili, nos praesentis temporis obstinate et pertinaciter negligimus et reprobamus, fortificantes nostram negligentiam propter hoc quod sapientes et sancti neglexerunt, non volentes considerare quod in omni homine est multa sapientiae imperfectio, tam in sanctis quam in sapientibus, ut prius evidenter et multipliciter probatum est tam per eorum exempla et auctoritates quam per rationem et experientiae certitudinem. Praeterea non solum [non] volumus humanam fragilitatem considerare, sed nec causas rationabiles, quas sancti et sapientes multi[3] habuerunt, quare pro tempore et loco multa utilia vitaverunt propter abusum hominum in eis, quia ea convertebant ad impedimentum majoris[4] utilitatis et salutis. Ne igitur nos simus causa erroris nostri et fiat magnae sapientiae[5] impedimentum ex eo quod vias sanctorum et sapientum non intelligimus ut expedit, possumus auctoritate sanctorum et sapientum antiquorum multipliciter prius assignata considerare mente pia et animo reverenti propter veritatis dignitatem, quae omnibus

[1] J., Rubric: 'Distinctio quarta in qua ostenduntur causae quare sancti et primitiva ecclesia non habuerunt usum scientiarum magnarum; quae tamen [MS. tunc] locum non habent modo ut vitemus artium sapientialium magnalia, licet vulgus hoc faciat allegans quod sancti doctores et ecclesia primitiva his non utebantur . . .'

[2] J., Hanc. V., Nunc. O. om. vero.

[3] O. om. multi.

[4] O., majora impedimenta.

[5] O. om. sapientiae.

antefertur, si sancti et sapientes caeteri aliqua quae humanam[1] imperfectionem[1] important protulerunt in quibus seu affirmatis seu negatis non oportet quod nos imitemur ex fronte.

Scimus quidem quod non solum dederunt nobis consilium et licentiam faciendi hoc[2], sed conspicimus quod ipsi multa posuerunt magna auctoritate quae postea majori humilitate retractarunt; ergo latuit in eis magna imperfectio prioribus temporibus. Quod si vixissent usque nunc, multo plura correxissent et mutassent; cujus signum est sicut et argumentum principalis intenti, quod doctores posteriores quamplurima de sententiis sanctorum mutaverunt, et pie ac reverenter interpretati sunt in sensum quem eorum litera non praetendit. Praeterea sancti adinvicem fortiter contendebant et mutuas positiones acriter mordebant et reprobabant ut taedeat nos conspicere, et supra modum miramur; quod evidens est in epistolis beatorum Augustini et Hieronymi, et multis aliis modis[3]. Cum enim Hieronymus se comparavit bovi lasso, qui fortius figit pedem, propter hoc quod jam in studio sacro senuerat[4], et Augustinus fuit junior eo, quamvis episcopus, respondit monacho pontifex quod bos senex fortius figit pedem non animi vigore sed corporis senectute. Et cum Augustinus multa quaereret ab Hieronymo, dicit Hieronymus, 'Diversas tu nominas quaestiones, sed ego sentio meorum opusculorum reprehensiones continentes. Praetermitto salutationis[5] officia, quibus meum demulces caput; taceo de blanditiis quibus reprehensionem meam niteris consolari, ut ad ipsas causas veniam; observari quidem ceremonias non potest esse indifferens, sed aut bonum aut malum; tu vero bonum, ego assero malum; dum aliud vitas, ad aliud devolveris; dum enim metuis Porphyrium blasphemantem, Ebionis haeretici laqueos incurris.' Et talia innumerabilia colliguntur ex libris sanctorum et historiarum[6] quae tam in rebus de quibus est contentio quam in modo reprehensionis multum in sanctis humanae fragilitatis ostendunt, qua affirmabant quae non

[1] J., . . . imperfectionem. O., humanam imperfectionem. V., humana imperfectione.

[2] J., hoc faciendi. [3] O. om. modis. [4] O., senuerit.

[5] O., salutationes. [6] O. om. et historiarum.

debebant. Sed constat non ex certa scientia haec fecerunt; ergo ex apparenti et aestimata laboraverunt in hac parte.

CAPITULUM XIII.

Caeterum non solum[1] ex hujus mortalitatis imperfectione multa reprobabant, quibus non oportet nos obstinate inhaerere, immo magis ad honorem eorum pie et reverenter interpretari, secundum leges veritatis; multa et maxima neglexerunt ex causis certis. Una est quia non fuerunt translata in linguam latinam, nec ab aliquo Latinorum composita, et ideo[2] non fuit mirum si illorum non aestimabant valorem. Platonis enim libros doctores omnes assumebant in manibus, quia translati fuerant, aut inveniebant in Graeco[3]; sed libri Aristotelis non fuerunt tunc temporis[4] translati. Nam Augustinus fuit primus translator Aristotelis et expositor, sed in minimo et primo libellorum suorum, scilicet in praedicamentis; nec fuit philosophia Aristotelis tunc temporis Graecis philosophis nota, nec Arabibus[5], sicut prius tactum est. Et ideo sancti sicut alii neglexerunt philosophiam Aristotelis, cujus usum non habebant[6], laudabant tamen Platonem. Et quia intellexerunt quod Aristoteles persecutus est Platonicas sententias, Aristotelem in multis reprobant, et dicunt ipsum haereses congregasse[7]; sicut Augustinus dicit libro de Civitate Dei, ipsum adhuc magistro suo, scilicet Platone[8], vivente, multos in suam haeresim congregasse. Sed tamen omnium philosophantium testimonio Plato nullam comparationem respectu Aristotelis noscitur habuisse. Si igitur sancti vidissent philosophiam ejus pro certo ea usi essent, et altius extulissent, quia veritatem non negassent manifestam, nec maxima pro minimis declinassent. Caeterum ex libro praedicamentorum manifestum est quantum sancti laudassent Aristotelis[9] magnalia, postquam illum libel-

[1] O. has non solum after caeterum, V. omits ; J. is wanting.
[2] O. om. ideo. [3] O. om. aut—Graeco. [4] O. om. temporis.
[5] J., . . . bicis. O. om. nec. Arabibus . . . tactum est.
[6] O. om. cujus usum non habebant. [7] O. om. et dicunt—congregasse.
[8] J., Platone scilicet. [9] V., Aristotelem.

lum, qui respectu suae sapientiae in mille tractatibus diffusae unam non valet festucam, magnifice extulerunt[1]. Nam Augustinus ipse transtulit illum[2] de Graeco in Latinum pro filio suo, et exposuit diligenter, plus laudans Aristotelem de hoc nihilo quam nos extollamus eum[3] pro magna parte suae sapientiae. Quoniam in principio illo[4] praedicamentorum dicit, 'Cum omnis scientia et disciplina non nisi oratione tractetur, nullus tamen, o fili, in quovis genere[5] pollens inventus est, qui de ipsius orationis vellet origine principiove tractare. Idcirco miranda est diligentia Aristotelis philosophi, qui disserendi de omnibus cupidus ab ipsius cepit examine quam sciret et praetermissam a cunctis et omnibus necessariam.' Et in fine dicit, 'Haec sunt, fili carissime, quae jugi labore assecuti ad utilitatem tuam de Graeco in Latinum vertimus, scilicet ut ex his quoque bonam frugem studii a nobis perfecti suscipias.' Et Alcuinus de expositoribus sacrae scripturae unus, et magister magni Caroli, illam translationem Augustini de praedicamentis mire laudavit, et metrico prologo decoravit sub his verbis.

Again a great part of a leaf lost in J.

Continet iste decem naturae verba libellus,
Quae jam verba tenent rerum ratione stupenda
Omne quod in nostrum poterit decurrere sensum.
Qui legit ingenium veterum mirabile laudet,
Atque suum studeat tali exercere labore.
Nunc Augustino placuit transferre magistro
De veterum gazis Graecorum clave Latina,
Quem tibi, rex magne, sophiae sectator, amator,
Munere qui tali gaudes modo[6] mitto legendum.

Boetius quidem[7] longe fuit post sanctos doctores, qui primus incepit libros Aristotelis plures transferre. Et ipse aliqua logicalia et pauca naturalia et aliquid de Metaphysicalibus transtulit[8] in Latinum. Nec adhuc medietatem nec partem meliorem habemus. Nam Aristoteles quidem fuit diu ignotus etiam philosophantibus, nedum[9] aliis, et vulgo Latinorum[10]. Caete-

[1] O. om. Caeterum—extulerunt. A few words of it can be read in J.
[2] J., ipsum. O., librum praedicamentorum.
[3] J. omits eum.
[4] J., illorum.
[5] J. O., in quovis genere pollens. V. om. genere.
[6] V., non, *pro* modo.
[7] J., quidem fuit . . .
[8] O., pauca de aliis transtulit.
[9] V., nondum.
[10] O. om. Nam—vulgo Latinorum.

rum sancti[1] grammaticalia, logicalia et rhetorica, et communia mathematicae multum efferunt, et in sacris abundanter utuntur. Unde Augustinus libro de doctrina Christi secundo, tertio, quarto docet ista applicari ad divina, et alibi similiter tangit de eisdem; necnon et sancti caeteri idem volunt. Sed de aliis raro et parum loquuntur, et rarius[2] immo multum negligunt et negligi edocent aliquando, sicut patet per Ambrosium super Epistolam ad Colossenses, et per Hieronymum[3] super illam ad Titum, et per Rabanum de pressuris ecclesiasticis, et sic in locis aliis quamplurimis. Sed constat omnibus philosophantibus et theologicis scientias has nullius valoris esse respectu caeterarum, nec alicujus dignitatis. Quapropter si sancti habuissent usum scientiarum philosophiae magnarum, nunquam cineres philosophicos in tantum extulissent, et ad sacros usus convertissent[4]; quanto enim scientiae meliores sunt et majores, tanto sunt aptiores ad divina. Sed quia ad manus eorum non devenerunt libri nisi grammatici, logici, rhetorici ac de communibus mathematicae, ideo his se juverunt secundum gratiam eis datam, quicquid[5] poterunt de his laudabiliter extrahere, convertunt copiosius ad legem Dei, ut in expositionibus eorum et tractatibus singulis manifestum est; et hoc suo loco planius exponetur[5].

CAPITULUM XIV.

Deinde considerandum est diligenter, quod quamvis habuissent multa de majoribus scientiis, vel si aliqua habuerunt, tamen non fuit tempus utendi eis, nisi in duobus casibus[6], scilicet, astrologia[7] pro calendario, et musica pro officio divino. Patet enim per[8] historias, quomodo[9] Eusebius Caesariensis et Beatus Cyrillus[10] et Victorinus et Dionysius Abbas Romanus, cujus doctrinam nunc sequitur Ecclesia, et alii ex

[1] V., Caeterum cum grammaticalia. [2] O. om. et rarius.
[3] J. O., per Hieronymum. V., Hieronymus. [4] O. om. et—convertissent.
[5] O. om. quicquid—exponetur. [6] J. O., duobus casibus. V. om. casibus.
[7] J. O., astronomia. [8] J. O., enim per. V. om. enim.
[9] J., quomodo. V., quando. [10] J. O., beatus Cyrillus. V., Boncus Cyrilius.

mandato apostolico per leges astronomiae[1] laboraverunt in hac parte. Sed aliae scientiae majores fuerunt neglectae, et praecipue illae[2] quae judicia et opera sapientiae magnifica noscuntur continere. Et hujus causa fuit quadruplex[3]. Nam philosophia ante Christi adventum dedit leges mundo, praeterquam populo Hebraeorum, tam de cultu divino quam de moribus et legibus justitiae, pacis inter cives, et belli contra adversarios reipublicae[4]. Et quoniam hujusmodi leges fuerunt datae quantum potuit humana ratio, secundum quod[5] Aristoteles vult in fine Ethicorum, ubi transit ad librum legum dicens, Dicamus nunc quantum possibile est philosophiae in rebus humanis, principes mundi per philosophos regulati[6] noluerunt recipere legem Christi, quae fuit supra rationem humanam, et ideo philosophia ingressum fidei impedivit, in hoc quod mundus ea deductus legi celsiori horruit consentire.

Caeterum non solum hoc modo philosophia retardavit fidem Christi, sed jure legum suarum de reipublicae defensione ab omni contrario sensu visa est per judicia futurorum, et ostensionem rerum occultarum praesentium, et per opera mirabilia supra naturae et artis communiter operantium potestatem, contendere cum fidei praedicatoribus, quorum proprium fuit non per naturam et artem, sed per Dei virtutem, prophetiam de futuris eructare, occulta producere in lucem, miracula suscitare. Nam quod prophetiae[7] potestas valeat magnifica peragere, quae vulgus non solum laicorum sed clericorum duceret pro miraculis, sequentia declarabunt. Necnon rectores rerum publicarum ubique per consilia philosophorum suas leges zelantium persecutionis et mortis judicia sanctis Dei graviter intulerunt. Insuper ars magica per totum orbem invalescens, occupans homines in omni superstitione et fraude religionis[8], quamvis fuerit[9] philosophis odiosa et ab omnibus debellata, ut certificabitur suo loco, tamen sancti primitivi invenientes mundum hac occupatum

[1] O. places per leges astronomiae after Ecclesia. [2] O., istae.
[3] O., quintiplex. [4] O. om. reipublicae. [5] O., ut *pro* secundum quod.
[6] O. om. per philosophos regulati: after rationem humanam, O. has, et ipsi fuerunt regulati secundum philosophos.
[7] O., prophetica. [8] O. om. religionis. [9] J. O., fuerat.

sicut philosophia pro eodem artificio utramque reputabant, quoniam ambae fidei fructum impediebant multis modis. Nam sicut magi Pharaonis Moysi resistebant, et populum Aegypti mandato Dei inobedientem faciebant, sic fuit in principio Ecclesiae per artis magicae violentiam. Quae cum in eundem effectum, scilicet contra opus fidei, cum philosophia concordabat[1], totum ejus vituperium in philosophiam, quae principalis fuit, redundabat.

Praeterea Deo placuit a principio Ecclesiae quod nullum testimonium humanum ei daretur, sed ut veritas fidei tanto vigore mundo radiaret, ut probaretur solum Deo auctore[2] promulgari per testes ab ejus imperio destinatos. His igitur de causis philosophia fuit ab Ecclesia in principio et sanctis Dei non solum neglecta, sed eis odiosa[3], non tamen propter aliquid quod in ea continetur[4] contrarium veritati. Nam licet imperfecta sit respectu professionis Christianae, tamen ejus potestas non est Christi sectae[5] dissona, immo totaliter[6] ad eam disposita et ei utilissima ac omnino necessaria, sicut omnes credunt et certificabitur evidenter. Non igitur propter aliquod malum philosophiae Ecclesia Dei neglexit et reprobavit eam a principio, sed propter abusores ejus qui voluerunt eam suo fini, qui est veritas Christiana, copulare. Et propter hanc causam Ecclesia primitiva non fuit sollicita de translatione scientiarum magnarum philosophiae, et ideo sancti doctores Latini copiam magnalium philosophicorum non habebant, et configurantes se primordiis Ecclesiae neglexerunt multa philosophica dignissima, sicut in principio fuerunt propter causas neglecta supradictas, non propter aliquid falsum vel indignum quod in philosophica potestate[7] reperiri possit; et haec[8] certius suo loco per ipsos Dei sanctos patebunt[9]. Nam ostenditur quod sancti Patriarchae et Prophetae a principio mundi omnes scientias receperunt a Deo, quibus illam vitae longitudinem magnam dedit, ut possent experiri

Again the greater part of a leaf missing in J.

[1] V., concordabant. O., concordabat.
[2] J. O., auctore. V., actore.
[3] J. O., sed eis. V., sed odiosa.
[4] V., contineatur.
[5] J., sectae Christi.
[6] J. O., totaliter. V., taliter.
[7] O., philosophia, *pro* philosophica potestate.
[8] O. om. haec.
[9] O., patebit.

quod eis fuerat revelatum, quatenus, fide Christi introducta et evacuata artis magicae fraudulentia, potestas philosophiae ad divina utiliter rapiatur.

CAPITULUM XV.

Sicut vero doctores sacri magnificas scientias philosophiae non habuerunt in usu, sic nec posteriores, scilicet Gratianus, Magistri sententiarum et historiarum, Hugo de Sancto Victore, et Ricardus de eodem. Nam non fuerunt in eorum temporibus translatae, nec in usu Latinorum, et ideo neglexerunt eas, nec dignas sacris mysteriis sciverunt judicare, sed humano sensu respuebant, quorum exercitium[1] non habebant, et in multis obloquuntur, sumentes nihilominus occasionem ex hoc quod sancti doctores easdem[2] neglexerunt; sed non attendebant causas sanctorum, scilicet quia non fuerunt translatae in eorum tempore, et quia Ecclesia neglexit eas jubere transferri propter causas quinque prius tactas. Moderni vero doctores vulgi licet multa de philosophiae magnalibus[3] sint translata, tamen non habent eorum usum, cum etiam in parvis et vilibus delectati duos libros logicae meliores negligunt, quorum unus translatus est cum[4] commentario Alpharabii super illum, et alterius expositio per Averroem facta sine textu Aristotelis est translata. Et longe magis caetera quae majorem obtinent dignitatem, sicut novem scientias mathematicae, et sex scientias magnas naturales, quae multas alias sub se comprehendunt[5], atque morales quatuor partes negligunt dignissimas; et suae ignorantiae quaerunt miserabile solatium per Gratianum et caeteros magistros authenticos, qui non habuerunt notitiam partium philosophiae, sicut[6] nec praesentes; et per dicta sanctorum aliquorum simplicia, non intelligentes causas antedictas[6]. Nam sancti post Christum non sunt usi multa philosophiae dignitate, non propter hoc quod ipsa sit sacris contraria sententiis vel indigna, cum ad

[1] O., usum. [2] O., prius easdem. [3] O., de philosophia.
[4] O., cum. V., a. [5] J., comprehenderunt. O. V., comprehendunt.
[6] O. om. sicut nec praesentes—antedictas.

theologica absolute intelligenda et respectu Ecclesiae Dei ac reipublicae fidelium et conversionis[1] infidelium et reprobationis praescitorum utiliter ac magnifice possit adjuvare, sicut certificabitur cum erit necesse. Et tanto mirabilius est quod multitudo studentium modernorum magnas negligit scientias, cum tamen fuerint introductae post Gratianum et[2] alios et in usu per viros sapientiae excellentis, quos oculis nostris conspeximus[2]; et aliqui adhuc vivunt qui in solemnibus studiis eas sapientibus perlegerunt.[3]

Capitulum XVI.[4]

[Quamvis autem istas causas malorum omnium universales persequor ex animo, et vellem omnia reduci ad auctoritatem solidam, et sensum sapientum et expertorum, qui pauci sunt, non tamen credat Serenitas Vestra, quod ego intendam[5] Vestrae clementiam Sanctitatis excitare, ut auctores fragiles et ipsam multitudinem Majestas Papalis violenter invadat; nec quod ego indignus sub umbra Gloriae Vestrae suscitem aliquam super facto studii molestiam; sed ut mensa Domini ferculis sapientialibus cumulata, ego pauperculus micas necessarias[6] mihi colligam decidentes. Poterit igitur[7] Vestrae Potentiae magnitudo sibi et successoribus suis providere de totius sapientiae compendiosa plenitudine non solum absolute habenda, sed quatuor modis praedictis comparata. Deinde cum Vestrae Paternitatis discretio pleniorem de his certitudinem reportaverit, poterit auctoritatis vestrae judicium studiosis et sapientibus de facili persuadere, ut quod vulgus studentium capere non potest, cupidi sapientiae se gaudeant obtinere; insuper quantum sufficit multitudini spes promittit. Nam Hieronymus dicit super Isaiam, 'Multitudo, accepta veritate, de facili

[1] V., om. infidelium. O. om. reprobationis praescitorum.

[2] O. om. et alios—conspeximus.

[3] O., qui in studiis eas perlegerunt.

[4] This chapter is omitted in J. and V. But it is found in another context and in another part of the Vatican MS. 4086. See additional notes.

[5] O., intendo.

[6] O. om. necessarias.

[7] O., enim.

mutat sententiam.' Et hoc verum est nisi quando[1] capitibus malesanis retractetur. Nam licet vulgus de se sit proclivius[2] ad malum, et quia saepius invenit[3] caput languidum, tamen nisi qui praesit impediat, satis facile est ad bonum imperfectum, quia suapte natura instabile[4] est, et semel motum[5] modum servare non potest, et ideo de facili quantum est de se vertitur ad contraria secundum regimen praesidentis; quoniam omni vento doctrinae flectitur, velut arundo, et quod principi ejus placet apud ipsum[6] legis habet vigorem. Nos enim hoc videmus in omni congregatione hominum, quod secundum arbitrium capitis membra moventur. Nam si qui praeest bonum negligit, subditi obdormiunt; si ad malum excitat[7], in illud[8] currunt cum furore; si ad bonum imperfectum[9], similiter sine discretione festinant[10]. Si tamen[11] vias perfectionis moveat[12], tunc olfacit a longe multitudo, sed gustare nec potest nec curat[13] nec ab ea debet requiri, ut superius ostensum est[14]. Quod si non esset temporis vestri omnia apud vulgum consummare; poterit Vestra Magnificentia locare fundamenta, fontes eruere, radices figere, quatenus[15] Vestrae Sanctitatis successores quod feliciter inceptum fuerit valeant facilius adimplere.]

[1] Vat. om. quando. [2] O., proclive. [3] O., invenitur.
[4] O., instabilis. [5] O., mota. [6] O. om. apud ipsum.
[7] O., excitati. [8] O., idem. [9] O. om. imperfectum.
[10] O., festinat. [11] O., Et si. [12] O., movet.
[13] O. om. nec curat. [14] O., ut superius ostensum est. Vat., ut loco proprio exponetur. [15] O., ut.

PARS SECUNDA[1]

HUJUS PERSUASIONIS.

CAPITULUM I.

Relegatis igitur in infernum[2] quatuor causis totius erroris humani generalibus et penitus ab hac persuasione suspensis, volo in hac secunda distinctione ostendere[3] unam sapientiam esse perfectam et hanc in sacris literis contineri, de cujus radicibus omnis veritas exivit[4]. Dico igitur quod vel[5] est una scientia dominatrix aliarum, ut theologia cui reliquae penitus sunt necessariae, et sine quibus ad effectum perveniri non valet[6], quarum virtutem in suum jus vindicat, ad cujus nutum et imperium caeterae subjacent; aut melius[7] una est tantum sapientia perfecta, quae in sacra scriptura totaliter continetur, per jus canonicum et philosophiam explicanda. Expositio etenim[8] veritatis divinae per illas scientias habetur. Nam ipsa cum eis velut in palmam explicatur, et tamen totam sapientiam in pugnum colligit per seipsam; quoniam ab uno Deo data est tota sapientia et uni mundo, et propter finem unum. Quapropter haec sapientia ex sua triplici comparatione unitatem sortietur. Caeterum via salutis una est, licet gradus multi; sed sapientia est via in salutem. Omnis enim consideratio hominis, quae non est salutaris, est plena caecitate, ac ad finalem inferni deducit caliginem; propter quod multi sapientes famosi in hoc mundo damnati sunt, quia veram

[1] In J. the greater part of f. 83, on which Part ii. begins, is destroyed. V., (in margin) 2ª distinctio. O., Secunda pars hujus persuasionis.

[2] O. om. in infernum. [3] O. om. ostendere. [4] O., eruitur.

[5] O. om. vel. [6] O., pervenire non potest. [7] O., una tamen est.

[8] O., et expositio.

sapientiam non habuerunt, sed apparentem et falsam, unde se aestimantes sapientes stulti facti sunt secundum scripturam. Caeterum[1] Augustinus loquens de sacra scriptura dicit libro[2] secundo de doctrina Christiana, si alibi est veritas, hic invenitur; si noxium, hic damnatur. Et vult[3] quod ubicunque invenerit Christianus Domini sui intelligat esse veritatem, ut a principio dictum est.[4] Et veritas Jesu Christi est sapientia sacrae scripturae. Ergo non est alibi veritas, nisi quae in illa continetur scientia. Et Ambrosius super Epistolam ad Colossenses dicit, Omnis ratio supernae scientiae et terrenae creaturae in eo est qui est caput et auctor, ut qui hunc novit, nihil ultra quaerat, quia hic est perfecta virtus et sapientia. Quicquid alibi quaeritur, hic perfecte invenitur. Cum ergo sacra scriptura dat nobis hanc sapientiam quae Christus est, manifestum est quod hic omnis veritas sit conclusa. Caeterum[5] si alibi dicatur sapientia, tunc si est contraria huic erit erronea, nec habebit nisi nomen sapientiae, vel[6] licet non dicatur contraria est tamen diversa.[6] Sed diversitas, quamvis alibi non faciat contrarietatem, hic tamen eam[7] inducit, sicut patet per evangelicam auctoritatem, Qui non est mecum, contra me est. Sic de hac sapientia verum est, ut quod illi annexum non est, contra illam esse probetur, et ideo Christiano[8] abhorrendum.

Capitulum II.[9]

Hoc[10] autem manifestius patet consideranti divisionem scientiarum aestimatam[11]. Nam si nitamur separare scientias ab invicem, non possumus[12] dicere non theologiam [esse] et scientiam

J., f. 83b., almost entirely wanting until near foot of page.

[1] O. om. Caeterum.
[2] J., 'hoc libro.' O., secundo libro.
[3] V., cum velit. O., vult.
[4] O. om. ut— dictum est.
[5] O., Si autem est sapientia huic contraria erit erronea.
[6] O. om. vel—diversa.
[7] O. om. eam.
[8] J., Christianae.
[9] J., Rubric, Capitulum secundum in quo [osten] ditur [pro] positum descendendo ad jus canonicum.
[10] J., Haec. O., Haec . . . patent.
[11] O. om. aestimatam.
[12] O., non possumus dicere theologiam ; om. et scientiam—philosophiam. V., non possumus dicere non theologiam (*et seq.*).

juris canonici et philosophiam; sub una enim parte philosophiae, scilicet sub scientia morali, quam civilem nominavit Aristoteles, continetur jus civile, ut inferius enotescet. Canonicum vero jus vel a scripturis canonicis nuncupatur, non ab aliis, sicut ipsum nomen demonstrat; quae scripturae canonicae dicuntur libri Veteris Testamenti, sicut Decretorum parte prima distinctione nona pluries[1] habetur, et alibi; aut ab eodem, scilicet a canone nuncupantur[1], nam canon Graece regula Latine dicitur. Et tam jus canonicum quam divinum regularem modum vivendi reddere comprobatur. Caeterum jus canonicum totaliter fundatur super auctoritate scripturae et expositorum[2] ejus, sicut clarius patet per totum corpus Decreti et Decretalium. Nam aut[3] pro constitutionibus canonum[4] allegantur auctoritates[5] expositorum sacrae scripturae, ut Augustini, Hieronymi, Gregorii, Ambrosii, Isidori, Cypriani, Hilarii et aliorum, aut sacri[6] et summi pontifices pro suis statutis inducunt auctoritates et exempla Novi et Veteris Testamenti; et ideo hoc jus non est nisi explicatio voluntatis Dei in scriptura. Item jus canonicum vocatur jus[7] ecclesiasticum, quo regitur in spiritualibus Dei Ecclesia tam in capite quam in membris. Sed nihil aliud sonat haec[8] scriptura nisi hoc regimen. Praeterea jus naturale continetur in sacra scriptura, sicut dòcetur in principio Decreti[9], sed quaecunque moribus recepta sunt vel scriptis comprehensa, si naturali juri fuerint adversa, vana et irrita sunt habenda, ut parte prima distinctione octava continetur. Et ideo jura canonica non possunt esse aliena a jure divino, immo de fontibus illius oportet ea derivari. Et jus commune vel est divinum vel humanum. Divinum est, quod sensu[10] et spiritu Dei allatum est mundo in sua scriptura; humanum, quod sensu hominis est adinventum. Sed constat Ecclesiam regi[11] sensu et spiritu divino, et ideo jure divino quod sacris literis includitur, et certum est Ecclesiam regi jure canonico. Quapropter id

[1] O. om. pluries; after habetur, O. has aut canones nuncupantur.
[2] O., expositore; om. sicut—decretalium. [3] V., dum. [4] O., om. canonum.
[5] O., auctores sacræ scripturæ ut Augustinus et alii; om. Hieronymi—et aliorum.
[6] O. om. sacri et. [7] O. om. jus. [8] O. om. haec.
[9] O., in principio Decreti manifeste, omitting rest of sentence.
[10] O. om. sensu et.
[11] O., regi jure canonico, omitting intermediate words.

jus est divinum de thesauro sacrae scripturae eruendum. Et hoc manifestum est consideranti partes juris canonici. Nam[1] ordinat[2] gradus ecclesiasticorum officiorum, vel sacramenta Dei determinat, vel forum conscientiae discutit, aut causas ecclesiasticas descindit. Sed horum omnium radices et ipsa stipes erecta apud sacram scripturam reperiuntur; rami vero penes expositores ejusdem, ut in canonum[3] corpore folia flores et fructus salutiferi capiantur[4]. Nam sermonis[5] canonici suavis ornatus foliis comparatur[6] secundum scripturam, florum autem et fructuum utilitas sub propria metaphora praedicta quatuor comprehendit. Et ideo canones non sunt nisi culmi[7] segetum aurei, et palmites uvarum maturitio per virtutem scripturae suae offerendi. Quoniam igitur ita est jus canonicum sub potestate scripturae in uno corpore continetur, sicut unius[8] arboris corpus ex radicibus et stipite, ramis, floribus et fructibus constituitur.

CAPITULUM III.[9]

Quod autem philosophiae potestas non sit aliena a Dei sapientia sed in ipsa conclusa, manifestandum est in[10] universali et particulari. Nunc autem per auctoritates et exempla et rationes communes hoc declarato, deinceps uberius explicabitur ad quatuor vel quinque partes philosophiae descendendo juxta singularum scientiarum et artium potestatem[10]. Si enim a philosophis tanquam injustis possessoribus rapere debent Christiani utilia, quae in libris eorum continentur, sicut[11] tetigi a principio per sententiam Augustini, patet quod philosophia est condigna et propria[12] sacrae veritati. Et[13] in eodem libro f. 84 of J. begins here; it is as imper-

[1] O., nam vel. [2] V. O., ordinant. [3] O., in canone.
[4] O., capiuntur. [5] O., sermones. [6] O., comparantur.
[7] J., cubii. [8] J., uni.
[9] J., Rubric: Capitulum tertium in quo ostenditur propositum descendendo ad philosophiam et hoc per sententias beati Augustini principaliter.
[10] O. om. in universali—artium potestatem.
[11] O., sicut dicit Augustinus. [12] O., om. et propria.
[13] O., Et iterum in libro octavo de doctrina Christiana.

fect as the preceding leaf.

dicit quod philosophorum aurum[1] et argentum non ipsi instituerunt, sed de quibusdam quasi metallis divinae providentiae, quae ubique infusa[2] est, eruuntur, quod praefiguratum fuisse ostendit dicens, 'Sicut Aegyptii[3] vasa atque ornamenta de auro et argento et vestem, quae ille populus[4] exiens de Aegypto sibi potius tanquam ad usum meliorem vindicavit, sic doctrinae gentilium liberales disciplinas usui veritatis aptiores et morum praecepta utilissima continent, deque ipso Deo colendo nonnulla[5] inveniuntur apud eos, quod eorum tanquam aurum et argentum debet ab eis auferre Christianus ad bonum usum praedicandi Evangelii[5].' Et hoc explicat in omnibus humanis tractatibus quae vel sunt moralia vel historialia, vel artificialia, vel naturalia, vel logicalia et grammaticalia. Nam pro moralibus dicit, 'Vestem quoque illorum[6], id est hominum quaedam instituta, sed tamen accommodata humanae societati, qua in hac vita carere non possumus, in usum convertenda Christianum[7] [habuere licuerit].' De historialibus dicit, 'Historia gentilium plurimum nos adjuvat ad sanctos libros intelligendos. Nam[8] et per Olympiadas et consulum nomina multa saepe quaeruntur a nobis, et ignorantia[9] consulatus quo passus est Dominus nonnullos errare coegit, ut putarent quadraginta annorum et sex aetate passum Dominum, quia per tot annos aedificatum templum esse dictum est a Judaeis, quod imaginem dominici corporis habebat.' Et istud manifestum est per loca quasi innumerabilia in Novo et Veteri Testamento[8]. De aliis vero considerationibus humanis, tam artificialibus quam naturalibus, dicit, 'Artium autem caeterarum, quibus aliquid fabricatur, vel quod post operationem remanet, ut domus, scamnium[10], vas et hujusmodi, vel medicina et agricultura et gubernatio[11], vel quorum omnis effectus actio est, sicut saltationum, cursionum, luctaminum[12]': harum autem cognitio

[1] O., aurum sapientiae. [2] O., est effusa. [3] V., episcopi Aegyptii.
[4] V., philosophus; O., populus. [5] O., nulla; O. om. quod eorum—Evangelii.
[6] V. O., quorum illorum. [7] O., Christianum debet.
[8] O. om. Nam et—Testamento. In J. this passage is destroyed, in V., incorrectly transcribed.
[9] V., ignoramus consulatus quod.
[10] V., scannu. J., stramium. O., domus et hujusmodi.
[11] O. om. et gubernatio. [12] O. om. luctaminum.

usurpanda est ad judicandum ne omnino nesciamus quid scriptura velit insinuare, cum de his artibus aliquas figuratas [1] locutiones [2] inserit, et licet large sumere [3] naturalia, ut sub eis medicinalia contineantur [4], et quae agriculturae sunt. Nam de rebus naturalibus istae scientiae constituuntur, atque sunt duae de octo praecipuis naturalibus, ut inferius elucescet. Tamen universaliter [2] pro omnibus naturalibus dicit, 'Benignam sane operam faceret pro sacra scriptura, qui proprietates temporum et locorum, lapidum et caeterarum rerum inanimatarum, plantarum et animalium colligeret.' Et pro logicalibus dicit primo [5], quod disputationis disciplina ad omnia genera quaestionum, quae in literis sanctis sunt penetranda et dissolvenda, plurimum valet. Et alias [6] in eodem dicit, quod secus est de logica et aliis scientiis [5]. Nam de eis pro theologia possunt quaedam necessaria colligi et condigna, sed Non video, ut ait, utrum hoc possit fieri de logica, quia ipsa per totum textum scripturarum colligitur nervorum vice. Atque in libro tertio [7] de ordine disciplinae dicit, quod ad scientiam sacram nullus debet accedere sine scientia [8] potentiae logicalis. De grammaticalibus vero assumendis ad sacra, fere secundus tertius et [9] quartus liber per totum hortantur. Et Hieronymus super Epistolam ad Titum, loquens de utilitate grammaticae respectu theologiae prae multis aliis scientiis dicit, Grammaticorum doctrina potest et proficere ad vitam dum fuerit in meliores usus assumpta, de qua magna et plura in sequentibus [10] sunt ponenda [8]. Sed de mathematicis dicit Cassiodorus in suo libro de hac scientia, 'Has scientias quatuor, scilicet geometriam, arithmeticam, astronomiam, musicam, cum sollicita mente revolvimus, sensum acuunt, limumque [11] ignorantiae detergunt, et ad illam speculativam [12] contemplationem, Domino largiente, perducunt,

f. 84b of J. begins here, the upper half almost entirely wanting.

[1] J., figuras. V., signatas. O., aliquas facit figuras.
[2] O. om. locutiones inserit—tamen universaliter. [3] V., sumendo.
[4] J., continentur. [5] O. om. primo—aliis scientiis.
[6] J., alias. V., aliquis. [7] J. O., 2º.
[8] O., sine scientia logicali; omitting what follows as far as ponenda.
[9] J. omits et.
[10] J., 'se quaestionibus,' the last word being altered to 'quae sequuntur.'
[11] J., lumenque. O., limamque. V., limumque.
[12] O., divinam.

quas merito sancti patres legendas persuadent[1], quoniam ex magna parte per eas appetitus a carnalibus rebus extrahitur, et faciunt desiderare quae solo animo largiente[2] corde possumus respicere.' Sed[3] haec copiose manifestabuntur suo loco. Et si de his ita se habet, multo fortius metaphysicalia sunt consona colloquiis divinis. Nam loco unius partis theologiae apud philosophos metaphysica est, quae cum philosophia morali ideo ab eis scientia divina et theologia physica vocatur, ut patet ex primo Metaphysicae Aristotelis et undecimo et ex nono et decimo Metaphysicae Avicennae. Nam de Deo et angelis et hujusmodi divinis multa considerat, et sic patet quod omnis sapientiae potestatem vindicat sacra scriptura[3]. Sed non solum Augustinus docet praedicta sed hoc multos sanctos fecisse commemorat cum quaerit, 'Nonne aspicimus quanto auro subfarcinatus exierit de Aegypto Cyprianus doctor suavissimus et martyr beatissimus, quanto Lactantius, quanto Victorinus[4] Optatus, Hilarius, ut de vivis taceam, quanto innumerabiles Graeci, quod prior ipse fidelissimus Dei famulus Moyses[5] [fecerat], de quo scriptum est quod eruditus fuerit omni sapientia Aegyptiorum[6]?'

CAPITULUM IV.[7]

Non solum quidem beatus Augustinus, sed etiam alii sancti asserunt, quod[8] et iste, et figuratum etiam ostendunt et sanctos sic fecisse testantur[8]. Nam Hieronymum[9] ad magnum oratorem censeo[10] ad praesens vocandum, qui dicit, 'Quid autem quae-

[1] O. om. quas—persuadent.
[2] O. om. animo largiente.
[3] O. om. Sed haec copiose—sacra scriptura.'
[4] V., Victorius Aptatus.
[5] V. om. fecerat.
[6] O. om. reference to Lactantius and Hilarius, and generally condenses the passage.
[7] J., Rubric: [Capi]tulum quartum, in quo idem ostenditur per Hieronymum et Bedam.
[8] O. om. quod—testantur.
[9] O., Hieronymus—dicit; O. begins the quotation with Si scripturas, ends it with gentilium libris, condensing the remainder, and shifting the reference to Epimenides, and Menander to end of chapter.
[10] V., Senteo.

ris? cur in opusculis nostris secularium literarum interdum ponamus exempla, et candorem Ecclesiae ethnicorum sordibus polluamus? Responsum breviter habeto. Nunquam hoc quaereres, nisi te totum Tullius possideret; si scripturas sanctas legeres, si interpretes earum omisso[1] Vulcatio evolveres. Quis enim nesciat et in Moyse ac prophetarum voluminibus quaedam assumpta de gentilium libris, et Solomonem philosophis Tyri et proposuisse nonnulla et aliqua respondisse? Unde in exordio Proverbiorum commonet, ut intelligamus sermones[2] prudentiae[3] versutiasque verborum, parabolas et obscurum sermonem, dicta sapientum et aenigmata quae proprie dialecticorum[4] et philosophorum sunt. Sed et Paulus apostolus Epimenidis poetae usus versiculo est, scribens ad Titum, Cretenses semper mendaces, malae bestiae, ventres pigri. In alia quoque epistola Menandri[5] ponit senarium, Corrumpunt bonos mores confabulationes pessimae. Et apud Athenienses in Martis Curia disputans Aratum testem vocat, Ipsius enim et genus sumus, quod est Graece clausula[6] versus heroici. Ac ne parum hoc esset, ductor Christiani exercitus et orator invictus pro Christo causam agens etiam inscriptionem fortuitam arte torquet in argumentum fidei. Didicerat enim a vero David extorquere de manibus hostium gladium, et Goliae superbissimi caput proprio mucrone truncare. Legerat enim in Deuteronomio Domini voce praeceptum, mulieris captivae radendum caput, supercilia, omnes pilos et ungues corporis amputandos, et sic eam habendam conjugio. Quid ergo mirum, si et ego sapientiam secularem propter eloquii venustatem et verborum pulchritudinem de ancilla atque captiva Israeliten[7] facere cupio? et si quid in ea mortuum est idolatriae voluptatis erroris libidinum vel praescido[8] vel rado, et mixtus purissimo corpori vernaculos ex ea genero[9] Domino Sabaoth, labor meus in familia Christi proficit. Julianus Augustus septem libros in expeditione Parthica adversus Christum evomuit; si contra hunc

f. 85 of J. begins here, imperfect like

[1] V., emissio. [2] J., symonis. V., sermonis.
[3] J., prudentem. V., versutias verborumque parabolas.
[4] J., deabeticorum. [5] J., Menandi. V., Menandum. [6] J., clasula.
[7] V., Israelitae. [8] J., praecido. [9] V., generatio.

preceding leaves.

scribere tentavero puto interdicis mihi ne rabidum canem philosophorum et Stoicorum doctrinis, id est Herculis clava [1] repercutiam?' Et inducit ad hujusmodi probationem prophetas et omnes doctores famosos a principio Ecclesiae qui philosophorum doctrinis fidem Christi persuaserunt principibus et infidelibus ac roboraverunt multipliciter. Et Beda super librum Regum dicit quod liberalium scientiarum utilia [2] quasi sua sumere licet Christianis ad divina. Alioquin Moyses et Daniel sapientia et literis [3] Aegyptiorum et Chaldaeorum non paterentur erudiri. Item in libro [4] de factura templi dicit Solomonem cum suis servis significare [5] Christum, et Hiram cum suis designare [6] philosophos et sapientes de gentilibus, ut templum Dei, hoc est Ecclesia, non solum sapientia apostolica sed philosophorum construeretur. Et dicit [7] scriptura, Servi Hiram doctiores erant servis Solomonis ad caedendum [7]. Quia, ut dicit Beda super hoc [8], gentiles ab errore conversi atque ad veritatem Evangelii transformati melius ipsos gentium errores noverant, et quo certius noverunt, eo artificiosius hoc expugnare atque evacuare didicerunt. Paulus Evangelium quod per revelationem didicerat melius novit. Sed Dionysius melius revincere poterat falsa Athenarum dogmata, quorum cum erroribus similibus [9] argumenta a puero noverat, et ideo Solomon dicit, Scis enim quod non est in populo meo vir qui noverit ligna caedere sicut Sidonii. Haec et hujusmodi multa allegat venerabilis Beda, et multi alii, sed haec nunc sufficiant.

CAPITULUM V.

Causae autem quare sancti sic affirmant [10] quod quaerimus, et figuratum fuisse declarant et a sanctis effectui mancipatum denunciant [11], possunt assignari. Primo propter hoc quod ubicunque veritas invenitur, Christi judicatur, secundum

[1] V., clausula.
[2] O. om. utilia.
[3] O. om. et literis.
[4] O. om. in libro.
[5] O., figurare.
[6] O., significare.
[7] O. om. Et dicit—caedendum.
[8] O. om. ut dicit—hoc.
[9] O. om. similibus.
[10] J., affirmant et figuratum fu . . .
[11] O. om. et a sanctis—denunciant.

sententiam[1] et auctoritates Augustini[2] superius allegatas: secundo[3], quamvis aliquo modo veritas philosophiae dicatur esse eorum, ad hanc tamen habendam primo lux divina influxit in animos eorum, et eosdem superillustravit. Illuminat enim omnem hominem venientem in hunc mundum, sicut dicit scriptura, cui sententiae ipsi philosophi concordant. Nam ponunt intellectum agentem et possibilem. Anima vero humana dicitur ab eis possibilis, quia de se est in potentia ad scientias et virtutes et eas recipit aliunde. Intellectus agens dicitur, qui influit in animas nostras illuminans[4] ad scientiam et virtutem, quia licet intellectus possibilis possit dici agens ab actu intelligendi, tamen sumendo intellectum agentem, ut ipsi sumunt, vocatur influens et illuminans possibilem ad cognitionem[5] veritatis. Et sic intellectus agens, secundum majores philosophos, non est pars animae, sed est substantia intellectiva alia et separata per essentiam ab intellectu possibili. Et quia istud est necessarium ad propositi persuasionem, ut ostendatur quod philosophia sit per influentiam divinae illuminationis, volo istud efficaciter probare, praecipue cum magnus error invaserit[6] vulgus philosophantium in hac parte, necnon multitudinem magnam theologorum, quoniam qualis homo est in philosophia, talis in theologia esse probatur. Dicit igitur[7] Alpharabius in libro de intellectu et intellecto, quod intelligentia[8] agens, quam[8] nominavit Aristoteles in tertio tractatu suo de Anima, non est materia, sed est substantia separata. Et Avicenna quinto de Anima et nono[9] Metaphysicae idem docet. Necnon ipse Philosophus dicit quod intellectus agens est separatus a possibili et immixtus. Item vult quod intellectus agens sit incorruptibilis secundum esse et substantiam, quoniam dicit ipsum differre a possibili penes incorruptionem. Sed possibilis est incorruptibilis secundum substantiam et corruptibilis[10] secundum esse, propter separationem ejus. Ergo agens

f. 85b of J. begins here, imperfect like preceding pages, especially in the upper two-thirds.

[1] O., sententias. [2] O., om. Augustini. [3] O., idcirco.
[4] V. J., illuminationes. O., illuminans. [5] J., congre[g]ationem (*sic*).
[6] J., invaserit error. [7] O., enim.
[8] O., intellectus agens quem. [9] O., decimo.
[10] O., corruptibilis. V., corporalis.

secundum esse et substantiam erit incorruptibilis, quapropter non erit pars animae, quoniam tunc secundum esse suum in corpore corrumperetur quando separaretur. Et dicit quod se habet ad possibilem sicut artifex ad materiam, et sicut lux solis ad colores. Artifex autem [1] est extra materiam in qua [2] agit, et separatus per essentiam ab ea. Similiter lux solis expellens tenebras a coloribus [3] et aliis rebus separata [4] est per essentiam ab eis, et advenit aliunde. Dicit etiam quod intellectus agens scit omnia et semper in actu, quod nec animae rationali [5] nec angelo convenit, sed soli Deo. Item [6] si esset pars animae, tunc anima sciret idem per agens, et ignoraret per possibile, quia agens est in actu quale est possibile in potentia, ut Aristoteles testatur [6]. Item a digniori parte magis habet res denominari, ergo magis dicetur sciens per agentem, quam ignorans per possibilem ante inventionem et doctrinam. Si [7] dicatur quod agens, licet sit pars animae, non tamen est actus et forma corporis sicut possibilis, et ideo homo habet operationes possibilis et non agentis, hoc est contra definitionem animae, qua dicitur quod anima est actus corporis physici. Nam si una pars ejus tantum est actus, quod forma corporis tunc male datur differre animae totalis, et absolute et simpliciter per actum corporis, et ideo tunc debet excipi illa pars quae non est actus corporis, sicut ipse Aristoteles in principio secundi libri, quando ponit aliquas partes animae esse non solum actus corporis totius, sed partium ejus, ut sensitivam et vegetativam, excipit intellectum, quem negat esse actum et perfectionem partis corporis, quia non est alligatus organo sicut caeterae partes animae [7]. Et [8] ad hoc expressius intimandum, dicit quod [8] intellectus est in corpore sicut nauta in navi, quoniam ad hoc quod non est alligatus alicui parti, sicut nec nauta navi, licet [9] sit actus et perfectio totius [9]. Nauta tamen non est navis [10] perfectio, sed motor tantum. Item [11] tunc componetur anima ex substantia separata

[1] O., enim. [2] O., quam. [3] O., corporibus ; om. et aliis rebus.
[4] O., separatus. [5] O. om. rationali. [6] O. om. Item si—testatur.
[7] O. om. Si dicatur—partes animae. [8] O., Item Aristoteles dicit quod
[9] O. om. licet—totius. [10] O, om. navis.
[11] O. om. Item tunc—speciei oppositae.

et conjuncta, sed hoc est impossibile. Nam intelligentia, sive angelus, et anima differunt secundum speciem penes unibile[1] et non unibile, et ideo anima non componetur ex aliquo quod est actus corporis, et ex aliquo quod non est tale. Nam species una non componitur ex aliquo alterius speciei oppositae. Cum ergo haec sententia[2] sit consona veritati, et textus Philosophi hoc evidenter praetendat atque ejus[3] expositores maximi[4] ipsum sub hac forma[4] declarant, et[5] haec verba agens et possibilis sunt a Philosopho non a sanctis accepta, longe melius est secundum Philosophi sententiam agentem intellectum penitus dicere substantiam separatam ab anima per essentiam. Non enim est dubium experto in philosophia quin haec sit sua sententia, et in hoc omnes sapientes antiqui experti concordant. Nam universitate Parisiensi convocata, bis vidi et audivi venerabilem antistitem dominum Gulielmum Parisiensem Episcopum felicis memoriae coram omnibus sententiare quod intellectus agens non potest esse pars animae; et dominus Robertus Episcopus Lincolniensis et frater Adam de Marisco et hujusmodi majores hoc idem firmaverunt. Qualiter vero refellantur quae hic objici possunt, manifestabitur in opere principali, cum de naturalibus fiet sermo. Verumtamen ne[5] cavillator aliquis a latere insurgat, allegans illud quo vulgus decipitur, dico quod cum[6] Aristoteli imponantur[7] haec verba, 'Quoniam autem in omni natura est aliquid quod agat et aliquid quod patiatur ita et in anima,' primo[8] respondeo quod multoties falso translatum est, et pluries obscure. Nam cum tertio Coeli et Mundi dicatur quod circulus et figura orbicularis replent locum, istud est falsum, ut sciunt experti in naturalibus et geometricis, sicut Averroes demonstrat ibidem. Et quod tertio Meteororum dicitur[9] quod iris non ex luna nisi in 50 bis, et hoc est iterum falsum. Nam experientia docet quod quandocunque luna sit plena et pluat, nec ipsa sit nubibus co-operta, accidit iris. Et sic sunt multa alia falso translata, cujus causa patebit ex tertia parte

f. 86 of J. begins here; as in the preceding leaves, the whole of first few lines are lost, and more than half of all the remaining lines except the last 8 or 10; only the last 5 are complete.

[1] J., 'unibile [altered from 'unile'] et non . . .' V., inibile.
[2] J., sententiam [*sic*]. [3] O. om. ejus. [4] O. om. maximi—forma.
[5] O. om. thirteen and a half lines resuming with Ne cavillator.
[6] O. om. cum. [7] O., imponuntur. [8] O., immo. [9] O., dicitur de iride.

hujus operis, cum[1] fiet mentio de vitiis translatorum[1]; sed longe plura sunt obscure et non intelligibiliter translata, in quibus quilibet[2] alii potest contradicere. Et in hoc loco accidit utrumque vitium vel saltem secundum, quod probo per ipsum Aristotelem. Nam ipse dicit secundo Physicorum, quod materia non coincidit cum aliis causis in eodem secundum numerum, ergo in nulla natura sunt simul agens et materia, ergo nec in anima. Si igitur ad literam teneatur textus male translatus, tunc omnino falsus est, et contra Aristotelem alibi; et non[3] contradicit sibi tantus auctor. Et qualitercunque contingat, verbum suum in secundo Physicorum est verum et ab omnibus concessum; ergo sermo suus tertio de Anima est falso translatus, vel indiget expositione. Nam nihil aliud intendit nisi quod in anima et[4] in operatione animae[4] requirantur[5] duo, scilicet agens et materia, sicut in omni natura. Id est, in omni operatione naturae duo exiguntur, scilicet efficiens et materia, et illud est verum; sed agens est semper aliud a materia, et extra eam secundum substantiam, licet operetur in eam.[6] Caeterum possumus aliter hunc locum consolari. Nam Aristoteles quarto Physicorum dicit quod octo modi sunt essendi in aliquo, quorum unus est ut movens est in moto, quia movens seu agens est secundum virtutem suam in materia mota[7], licet non secundum substantiam. Et sic agens[8] est in omni natura in quam[9] operatur, et ita in anima. Et sic nullo modo sequitur quod intellectus agens sit pars animae, ut vulgus fingit. Et haec sententia est tota fidelis, et a sanctis confirmata; sciunt[10] enim omnes theologi, quod[10] Augustinus dicit in Soliloquiis et alibi, quod soli Deo est anima rationalis subjecta in illuminationibus et influentiis omnibus principalibus. Et quamvis angeli purgent mentes nostras et illuminent et excitent multis modis, et sint ad animas nostras sicut stellae respectu oculi corporalis, tamen Augustinus ascribit Deo influentiam principalem sicut soli influentia luminis cadentis per fenestram ascribitur, et angelus aperienti fenestram com-

[1] O. om. cum—translatorum.
[2] O., quilibet; V., cuilibet.
[3] O. om. non.
[4] O., scilicet in operatione; om. animae.
[5] O., requiruntur.
[6] O., ea.
[7] O., sua.
[8] O. om. agens.
[9] O., qua.
[10] O. om. sciunt—quod.

paratur, secundum Augustinum in glossa super illud[1] Psalmi, Da mihi intellectum. Et quod plus est, vult pluribus locis quod non cognoscimus aliquam veritatem nisi in veritate increata et in regulis aeternis, et hoc saltem habet[2] intelligi effective et per influentiam; licet Augustinus non solum hoc velit, sed aliud innuit in verbis suis, propter quod quidam posuerunt[3] eum majora hic sentire, ut scitur communiter. Quae omnia attestantur in hoc quod agens principale illuminans et influens intellectum possibilem est substantia separata, hoc est ipse Deus. Cum igitur Deus illuminaverit animas eorum in percipiendis veritatibus philosophiae, manifestum est quod eorum labor non est alienus a sapientia divina.

CAPITULUM VI.

Tertia causa propter quam sapientia philosophiae reducitur ad divinam est quia non solum mentes eorum illustravit Deus ad notitiam sapientiae acquirendam, sed ab eo ipsam habuerunt, et eam illis revelavit, praestitit[4] et dedit. Omnis enim sapientia a Domino Deo est sicut dicit auctoritas scripturae, quia, ut ait Apostolus, quod notum est Dei manifestum est in illis, Deus enim illis revelavit[4]. Et Augustinus dicit super Johannem quod eis praestitit[5], et summus[6] Philosophus Aristoteles in libro Secretorum asserit manifeste totam philosophiam fuisse a Deo datam et revelatam. Et unus de maximis philosophorum[7], scilicet Marcus Tullius, primo de Quaestionibus Tusculanis quaerit, Philosophia quid est nisi ut Plato donum, ut ego[8], inventum Dei? Unde etiam dicit quod nec poeta grave plenumque carmen sine coelesti aliquo mentis instinctu[9] effudit. Et Augustinus octavo de Civitate Dei docet et approbat quod Socrates pater philosophorum magnorum firmavit, quod non potest homo causas rerum scire nisi in luce divina, et per donum ejus, et quilibet potest

f. 87 of J. which begins here is very imperfect, only the last few lines being complete; the upper lines are entirely wanting.

[1] O. om. super illud.
[2] J., habet. V., habent.
[3] J., imposuerunt.
[4] O. om. praestitit et dedit—Deus enim illis revelavit.
[5] O., praestitit sapientiam.
[6] O. om. summus philosophus.
[7] O., philosophis.
[8] O., ut ego credo.
[9] O., instructu.

per se experiri quod nihil primo ab homine invenitur, quod sit de potestate philosophiae. Et pono[1] exemplum in minimo; quoniam licet universalia Porphyrii sint apud eum fere[2] sufficienter explicata, et alibi per logicam et metaphysicam et naturalem philosophiam et perspectivam[3] sufficienter[4] exposita, tamen non est homo ita bene studiosus quin oportet quod doctores multipliciter habeat et per longa tempora audiat et studeat antequam sciat totam veritatem universalium. Et nullus vix ante mortem haec sufficienter[5] cognoscit, quantum[cun]que habeat doctores[6], quod patet propter[7] discordiam omnium in hac parte; quia aliqui ponunt ea sola in anima, aliqui[8] solum extra, aliqui secundum esse in rebus, sub ratione tamen universalis in anima. Et Avicenna ostendit super Porphyrium sextum universale ei defuisse et ipsum plures falsitates dixisse[9]. Si ergo ignorantia horum est apud quemlibet, quamvis per totam vitam suam studeant in libris philosophorum, et licet doctores habeant solemnes, multo magis quilibet homo ignorabit haec, et nunquam per se inveniret horum veritatem sine libris et doctoribus. Quapropter necesse est horum veritatem a principio fuisse homini revelatam. Si etiam aliquis quantumcunque sciens universalia tradidisset oblivioni librum Porphyrii et omnia quae necessaria sunt universalibus sciendis, et non posset libros vel doctores habere, impossibile esset quod unquam[10] veritatem universalium explicaret. Loquor[11] de universalibus secundum eorum esse, verum sicut metaphysicus habet considerare, non solum secundum puerilem doctrinam Porphyrii et secundum logicae rationem. Quapropter quilibet potest per se considerare quod revelatio necessaria est in hac parte; et cum haec sint puerilia et minima, multo fortius erit hoc in tota sapientia philosophiae. Quod autem a Deo et quod ipse revelavit et praestitit et dedit, oportet quod suae sapientiae sit omnino conforme.

[1] V., pone.
[2] O. om. fere.
[3] O. om. et perspectivam.
[4] O., sufficientissime.
[5] O. om. haec sufficienter.
[6] O. om. quantumcunque—doctores.
[7] J., per.
[8] O., aliqui extra, aliqui medio modo.
[9] O. much condenses remainder of chapter; see 1st ed.
[10] J., unquam. V., nunquam.
[11] J., et loquor.

CAPITULUM VII.

Caeterum et totus [1] philosophiae decursus consistit ut per cognitionem creaturae [2] cognoscatur Creator, cui propter reverentiam majestatis et beneficia [3] creationis et conservationis et futurae felicitatis serviatur in cultu honorifico et morum pulchritudine et legum utilium honestate, ut in pace et justitia vivant homines in hac vita. Philosophia enim speculativa decurrit usque ad cognitionem creatoris per creaturas, et moralis philosophia morum honestatem, leges justas et cultum Dei statuit, et persuadet de futura felicitate utiliter et magnifice secundum possibile [4] philosophiae. Haec sunt certa discurrentibus per omnes partes philosophiae principales, sicut sequentia docebunt. Cum igitur haec sint omnino necessaria Christianis et omnino consona sapientiae Dei, manifestum est quod philosophia necessaria [est] legi divinae et fidelibus in ea gloriantibus.

f. 87b of J. begins here, very imperfect except in the last few lines.

CAPITULUM VIII.

Item omnes sancti et sapientes antiqui in suis expositionibus sensum literalem colligunt ex naturis rerum et proprietatibus earum, ut per convenientes adaptationes et similitudines eliciant sensus spirituales. Quod declarat Augustinus in libro de Doctrina Christiana secundo, ponens exemplum de verbo Domini dicentis apostolis [5], Estote prudentes sicut serpentes et simplices sicut columbae. Nam voluit Dominus per hoc, ut ad similitudinem serpentis totum corpus exponentis pro defensione capitis [6], apostoli et apostolici viri se et sua darent pro Christo capite suo et pro fide ejus [7]. Et propter hoc omnis creatura in se vel in suo simili vel in universali vel in particulari, a summis coelorum usque ad terminos eorum ponitur in scriptura, ut sicut Deus fecit creaturas et scripturam,

[1] O., totius. [2] O., suae creaturae. [3] O., beneficium.
[4] O., secundum quod possible est. [5] O. om. Apostolis.
[6] O. om. capitis. [7] O., sua.

sic voluit ipsas res factas ponere in scriptura ad intellectum ipsius tam sensus literalis quam spiritualis. Sed tota philosophiae intentio non est nisi rerum naturas et proprietates evolvere, quapropter totius philosophiae potestas in sacris literis continetur; et hoc maxime patet, quia longe certius ac melius et verius accipit scriptura creaturas quam labor philosophicus sciat eruere[1]. Quod pro infinitis exemplis pateat in iride ad praesens. Philosophus Aristoteles suis obscuritatibus nos perturbat, nec aliquid quod dignum sit valemus per eum intelligere; nec mirum, cum Avicenna ejus[2] praecipuus imitator[2], princeps et dux philosophiae post[3] eum, ut super capitulum Aristotelis de Iride tertio Meteororum dicit commentator[3], fateatur se naturam iridis non bene agnovisse. Et causa hujus est quia philosophi causam finalem iridis ignoraverunt, et ignorato fine, ignorant[4] ea quae ad finem sunt, quia finis imponit necessitatem his quae ad finem ordinantur, ut Aristoteles vult secundo Physicorum. Causa vero finalis iridis est dissipatio humiditatis aqueae, sicut patet ex libro Genesis, unde semper in apparitione iridis est nubium resolutio in stillicidia infinita, et consumuntur aqueae humiditates tam in aere quam in mari et terra; quia una pars iridis cadit in sphaeras aquae et terrae. Consumptio vero aqueae[5] humiditatis[5] non potest esse per iridem nisi propter radios solis facientes eam, nam per varias reflectiones et fractiones congregantur radii infiniti, et congregatio radiorum est causa resolutionis et consumptionis aquarum, et ideo iris generatur per reflectiones multiplices. Non enim possunt radii congregari nisi per fractionem et reflectionem, ut postea suo loco scietur[6]. Ex scriptura igitur[7] Geneseos cum dicitur, Ponam arcum meum in nubibus coeli, ut non sit amplius diluvium super terram, accipitur causa finalis ipsius iridis, ex qua[8] investigari potest causa efficiens et modus generandi iridem, qui modus non fuit notus philosophis sufficienter, secun-

f. 88 of J. begins here; it wants all the first few lines, and only the last few are complete.

[1] J. O., eruere. V., enarrare.
[2] O. om. ejus—imitator.
[3] O. om. post eum—commentator.
[4] J., '. . . antur ea quae.' O., ignorantur.
[5] O., aquae.
[6] O., patebit., om. suo loco.
[7] O. om. igitur.
[8] O., quo.

dum quod libri eorum nobis manifestant. Et ita est de omni creatura. Impossibile enim est quod homo sciret veritatem creaturae ultimam, secundum quam accipitur in scriptura, nisi fuerit specialiter a Deo illustratus. Nam creaturae accipiuntur ibi propter veritates gratiae et gloriae eliciendas, quas philosophi nesciverunt, et ideo ad potestatem ultimam sapientiae creaturarum non venerunt, sicut sacra scriptura eam in suis continet visceribus. Unde tota philosophiae virtus jacet in sensu literali sacris mysteriis gratiae et gloriae decorata, tanquam quibusdam picturis et coloribus nobilissimis redimita.

CAPITULUM IX.

Et hoc ultimo confirmari potest per hoc quod eisdem personis data est philosophiae plenitudo, quibus et lex Dei, scilicet sanctis patriarchis et prophetis a mundi principio. Et non solum est necessarium propter articulum qui hic tractatur, sed propter totum negotium sapientiae certificandum. Nam impossibile fuit homini ad magnalia scientiarum et artium devenire per se, sed oportet quod habuerit revelationem, qua probata nihil debet apud nos dubitari de arcanis sapientiae repertis apud auctores, quamvis[1] nos in illis fuerimus inexperti. Sed nullum capitulum sapientiale est tanti laboris sicut est certificatio hujus rei, eo quod est magnum fundamentum totius comprehensionis humanae, atque contrarietates et dubia multipliciter intercurrunt[2], et oportet auctores et volumina abundantius revolvi quam pro aliquo alio articulo, qui in toto sapientiae studio valeat reperiri. Dico igitur quod eisdem personis a Deo data est potestas philosophiae, quibus et sacra scriptura, scilicet sanctis ab initio, ut sic appareat una esse sapientia completa hominibus necessaria. Soli enim patriarchae et prophetae fuerunt veri philosophi qui omnia sciverunt, scilicet[3] non solum legem Dei, sed omnes partes philosophiae. Hoc enim ipsa sacra[4] scriptura nobis satis[5] evidenter ostendit,

[1] O. om. quamvis—inexperti. [2] O., intercurrerunt.
[3] O. om. scilicet. [4] O., nostra. [5] J., satis nobis.

quae dicit Joseph erudivisse principes Pharaonis et senes Aegypti prudentiam docuisse, et Moysem fuisse peritum in omni sapientia Aegyptiorum. Et Bezaleel[1] et Aholiab hoc demonstrant, qui omni intellectu et sapientia rerum naturalium fuerunt illustrati; uno enim flatu Spiritus Sanctus eos illuminavit et docuit totam potestatem naturae in rebus metallicis et caeteris mineralibus. Sed et Solomon sapientior omnibus praecedentibus et subsequentibus secundum testimonium scripturae plenam obtinuit philosophiae potestatem. Et Josephus primo[2] antiquitatum libro dicit quod cum filii Adae per Seth fuerint[3] viri religiosi et ab ipso Deo facti, Deus dedit eis sexcentos vivere annos propter gloriosas partes philosophiae, in quibus studuerunt, ut quod Deus eis revelavit possent experiri per vitae longitudinem. Et addit[4] quod Noe et filii ejus Chaldeos docuerunt partes philosophiae, et quod Abraham intravit Aegyptum et docuit Aegyptios. Et postea in octavo libro addit, quod nullam naturam inexaminatam Solomon praeteriit, sed de omnibus philosophatus est, et disciplinam proprietatum earum evidenter exposuit, et tangit quomodo descendens ad singula composuerit[5] quatuor millia librorum et quinque; et[6] adjungit multa quae naturam communiter operantem scimus nullatenus adimplere.[6]

Et maximus Aristoteles ipsa veritate coactus dicit in libro Secretorum, Omnem sapientiam Deus revelavit suis prophetis et justis et quibusdam aliis quos pracelegit, et illustravit spiritu divinae sapientiae, et dotavit eos dotibus scientiae. Ab istis sequentes viri[7] philosophi philosophiae principium et originem habuerunt, Indi[8], Latini, Persae[9] et Graeci. Ab istis enim habuerunt[8] et scripserunt artium et scientiarum principia et secreta, quia in scriptis ipsorum nihil firmum, nihil reprobum invenitur, sed a sapientibus approbatum. Philosophi enim ab eis habuerunt omnia et maxime Graeci, quia magis fuerunt studiosi. Et Averroes dicit super principium Coeli et Mundi

f. 88b of J. begins here (imperfect, see p. 52).

[1] V., Besleel et Ocliab. O., Beseleel et Eliab. J., Besleel et Ochab.
[2] O., primo libro capitulo secundo.
[3] J., fuerunt.
[4] O., addidit.
[5] O. om. composuerit.
[6] O. om. et adjungit—adimplere.
[7] O. om. viri.
[8] O. om. Indi—habuerunt.
[9] V., Perses.

quod in tempore antiquorum ante Aristotelem et caeteros[1] philosophos fuit philosophia completa, ad cujus completionem Aristoteles suo tempore aspirabat[2]. Et[3] in prologo compositionis astrolabii Ptolemaei[3], et apud Albumasar in majori introductorio et alibi et penes alios[4] habetur multipliciter quod Noe et Sem filius ejus multiplicarunt philosophiam, et praecipue primogenitus[5] Sem prevaluit in hac parte. Deinde post istos fuerunt viri qui philosophi vocabantur[6] nomine vulgato. Omnes philosophi et poetae famosi[7] et majores et minores fuerunt post Noe et filios suos, et post[8] Abraham. Nam Aristoteles et omnes consentiunt in hoc quod primi philosophantes fuerunt Chaldaei et Aegyptii, unde adhaeret sententiis patrum Chaldaeorum in undecimo Metaphysicae. Et in Aegypto scholasticum studium primo institutum est, ut dicit in primo Metaphysicae. Quia licet Noe et filii ejus docuerunt Chaldaeos antequam Abraham docuit Aegyptios, tamen non fuit studium more scholastico regulariter ita cito institutum, sed paulatim crevit ordo ejus et exercitium.

Quatenus igitur omnis dubitatio tollatur in hac parte, videamus decursum et seriem infidelium philosophorum et poetarum, et omnium sollicitantium de studio sapientiali, ut percipiamus quod post Abraham et praedecessores[9] suos, quibus a Deo omnis[10] sapientia revelata est, inventi sint singuli qui aliquem titulum sapientiae laudabiliter[11] adepti sunt. Nam quamcunque volumus strictius computare, Zoroastres[12] invenit artes magicas secundum Augustinum vicesimo primo de Civitate Dei, et secundum omnes auctores hoc vulgatum est; sed hic fuit Cham filius Noe, ut Clemens libro suo et Magister Historiarum et Speculum Historiale conscribunt. Deinde Io, quae postea Isis dicta est, dedit literas Aegyptiis, ut Augustinus dicit libro de Civitate Dei octavo decimo; ante cujus tempora non fuit secundum Augustinum sapientiae studium literis et

1 O., alios.
2 V., conspirabat. O., aspirabat.
3 O. om. et in prologo—Ptolomaei.
4 O., aliquos.
5 O. om. primogenitus.
6 O. has hiatus in place of qui philosophi vocabantur.
7 O. om. famosi.
8 O. om. post.
9 O., decessores.
10 O. om. omnis.
11 O. om. sapientiae laudabiliter.
12 J., Zoroastes.

scriptis pertractatum, quamvis doctrina[1] verbi Abraham eos instruxit. Et haec[2] Isis, ut Augustinus ait, dicitur fuisse filia Inachi, qui fuit primus rex Argivorum, qui regnavit primo anno Jacob et Esau nepotum Abrahae, sicut Augustinus et historiae confitentur; quamquam et aliqui[3] voluerunt quod Isis venerit de Aethiopia in Aegyptum regina[4], et eis literas dedit, et multa beneficia contulit, sicut recitat Augustinus. Sed tamen ante tempus Inachi non fuit, nec[5] in ordine regum Aegypti in[6] chronicis reperitur. Eodem tempore fuit Minerva aetate virginali apparens, multorum ut ait Augustinus[7] operum inventrix, quae Pallas dicitur, et apud poetas dea sapientiae nuncupatur, et Athena vocatur atque Tritonia, ut dicit Augustinus. Et Isidorus hunc locum esse in Africa, qui Trito vocatur, refert octavo libro Etymologiarum, et Plinius quinto libro, a quo Pallas dicitur Tritonia, et fuit tempore diluvii et[8] Ogygii regis quod illi ascribitur, quia in Achaia accidit tempore ejus, qui secundum Augustinum, Eusebium et Hieronymum, ac Solinum libro de mirabilibus[9] mundi, fuit tempore Phoronei filii Inachi. Regnavit autem Inachus quinquaginta annis, et Phoroneus ejus filius 61[10], cujus tempore facta est repromissio Jacob, sicut patri suo, ut dicit Augustinus. Et ideo Ogygius[11] fuit tempore Jacob, unde Solinus dicit diluvium primum in Achaia fuisse tempore Ogygii[12] et Jacob patriarchae, quod diluvium fuit ante diluvium Deucalionis per sexcentos annos, ut idem narrat Solinus. Nam ut Hieronymus et Eusebius narrant, regnante Cecrope[13] rege Atheniensium, sub quo Moyses eduxit filios Israel de Aegypto, fuit Deucalionis diluvium. Et sub Phoroneo moralis philosophia incepit apud infideles. Nam Augustinus dicit quod sub eo[14] legum et judiciorum Graecia clarior facta est institutis. Sed prius fuerunt mores et jura vivendi, quod patet per inhibitionem sanguinis, et licentiam de esu carnium post diluvium, et de

f. 89 of J. begins here, very imperfect at the top, and only complete at the foot. Much of the rest is illegible from discoloration of the vellum.

[1] O., doctrina Abraham instructi fuerunt. [2] O. om. haec.
[3] O., alii. [4] O. om. regina. [5] O., ut.
[6] J. O., Aegypti in chronicis. V., in chronicis Aegypti.
[7] J., Augustinus libro dicto. O., libro praedicto.
[8] O. om. et. [9] J., ruralibus.
[10] J., lx. [11] J. V., Egigus. O., Ogigus. [12] V., Egigi. O., Ogigi.
[13] O., Cicrope primo rege. [14] O. om. eo.

emptione et venditione apud Abraham pro spelunca duplici, et de circumcisione et hujusmodi[1], atque sanctitas Abrahae et patrum suorum leges honestas et sacras vivendi concludit fuisse ab eis edoctas[2]. Et cum minus utiles scientias perfecerunt, non debuit tantorum virorum sapientia scientiam morum utilissimam negligere. Deinde primus inter viros titulo majoris sapientiae insignitus[3] fuit Prometheus[4], quem poetae ferunt de luto formasse homines, quia optimus sapientiae doctor[3] fuisse perhibetur, ut Augustinus dicit decimo[5] octavo[5] de Civitate Dei. Cujus frater, ut idem ait Augustinus, fuit Atlas magnus astrologus; unde occasionem, ut Augustinus refert, fabula[6] invenit ut eum portare coelum confingeret[7], quamvis mons ejus nomine nuncupetur, cujus altitudine potius coeli portatio in opinionem vulgi[8] venisse videatur, qui in extremis Africae maritimis prope Gades Herculis attollitur velut in coelum. Sed priores fuerunt filii Noe et Abraham qui fuerunt periti astronomi, ut Josephus narrat, et Isidorus libro tertio, et Clemens libro primo, hoc[9] idem de Abraham confitentur[9]. Nam hi secundum Augustinum floruerunt quando Moyses natus est, et Isidorus concordat libro quinto dicens quod Atlas fuit sub servitute[10] filiorum Israel ante natum Moysen. Atlas vero, ut dicit Augustinus, fuit avus maternus Hermetis Mercurii majoris, qui magnarum artium peritus claruit, et eas hominibus tradidit, propter quod eum tanquam deum post mortem venerati sunt, et hic, ut dicit Augustinus decimo octavo libro, fuit tempore quo Moyses eduxit filios Israel de Aegypto[11]. Cujus nepos fuit Hermes Mercurius qui ad differentiam alterius dictus est Trismegistus, qui famosus fuit philosophus Aegypti et[12] partium meridionalium maxime in moralibus, et quae ad cultum et divina pertinere noscuntur[12], sicut Augustinus docet octavo de Civitate Dei; et hic[13] scripsit ad Asclepium, sicut patet in libro de divinitate, qui satis habetur; cujus Asclepii

[1] O. om. et de—hujusmodi. [2] O., edoctos.
[3] In O. the words *insignitus* and *doctor* have been interchanged.
[4] O., Prometha. [5] O., octavo, *pro* decimo octavo.
[6] O., fabulam. [7] O., quod—finxerit. V., quod—confinxerit.
[8] V. O., altitudinem vulgi om. venisse. [9] O. om. hoc—confitentur.
[10] V., virtute. O., servitute. [11] O. om. de Aegypto.
[12] O. om. et partium meridonalium—noscuntur. [13] O., hoc.

avus fuit Aesculapius primus medicinae auctor apud philosophos infideles, secundum quod Augustinus recitat octavo libro. Sed tamen Isidorus dicit tertio libro Etymologiarum quod Apollo pater fuit Aesculapii, qui primo inter philosophos infideles dicitur docuisse artem medicinae. Nam et patri ascribitur medicina quantum ad documenta prima; sed filio magis, quia hanc artem ampliavit[1] et certiori modo docuit. Nam Apollo per carmina et hujusmodi remedia processit, Aesculapius per veritatem experientiae, ut[2] Isidorus dicit, et creditur esse Apollo magnus[3], qui a poetis fingitur esse inter deos et dare responsa in templo Apollinis in Delos insula, unde vocatur Apollo Delphicus. Et tamen ante istos fuit inaestimabilis gloria medicinae, secundum quod Aristoteles tangit in libro de Regimine Vitae, quam Adae et Enoch magis ascribit quam sequentibus philosophis. Et cum medicina sit magis necessaria homini quam multae aliae scientiae, non est dubium quin filii Adae et Noe illam adinvenerint[4], quibus sapientiae plenitudo data fuit, et quibus concessum est tamdiu vivere propter studium sapientiae perficiendum.

CAPITULUM X.[5]

Post haec, tempore Othonielis Judicis Israel, regnavit Cadmus Thebaeus[6], qui primus dedit literas Graecis, ut in chronicis Cluniacensibus edocetur. Et Beda in libro temporum minore et caeteri concordant [quod] sub Aoth Judice Amphion musicus floruit; qui Aoth fuit primus post Othonielem, sub Debbora[7] et Barac. Fuit alius Apollo philosophus, secundum chronicam Cluniacensem auctor medicinae, contemporaneus[8] Herculi secundo, cujus facta celebrantur, sicut dicit Augustinus decimo octavo de Civitate Dei, qui Hercules in

f. 89b of J. begins here, more legible than the other side.

[1] O., applicavit.
[2] O. om. ut.
[3] O., magus, J. V., magnus.
[4] O., invenerunt.
[5] J., Rubric: Tertium capitulum, in quo descenditur ad Cadmum et poetas theologos.
[6] O., Thebeus. J. V., Thebeis.
[7] O. om. Debbora et.
[8] O., temporaneus.

tempore Abimelech Judicis Trojam vastavit[1], et pilas suas in India statuit, et in Gadibus columnas erexit, et dolorem morbi non ferens seipsum tempore Jephthae Judicis cremavit, ut per Augustinum et dicta chronica confirmatur. De hoc Hercule secundo propter hoc narravi, quia alius fuit Hercules prope tempus Mercurii majoris, qui parum post eum fuit, ut narrat Augustinus. Et post eum fuit tertius, qui certamen Olympiacum constituit, quod intermissum filius ejus Picus[2] instauravit post excidium Trojae anno quadringentesimo[3] octavo, ut Solinus scribit. Unde multi decepti fuerunt, unum Herculem aestimantes, qui omnia fecerit[4] quae de pluribus scripta sunt, ut dicit Augustinus. Similiter erratum est de hoc philosopho Apolline. Nam omnes, ut dicit Augustinus, aestimant ipsum fuisse illum qui pro deo in Delos insula colebatur, tanquam[5] unus et idem esset, cujus contrarium ostenditur[6] multis testimoniis. Nam ille Apollo qui in templis dabat testimonia invenitur saltem respondisse quando primo facta est civitas Athenarum ut[7] Athena, quae est Minerva, pro dea coleretur, et ideo[8] hic philosophus non potest esse, qui pro deo Delphico colebatur. Sed secundum[9] quod dicit Augustinus, fuit filius Latonae, cujus soror Diana. Et Isidorus octavo libro idem dicit. Similiter non videtur esse ille de quo Hieronymus scribit in Epistola ad Paulinum quae Bibliis praeponitur Latinorum. Nam ille Hiarchum invenit in aureo throno sedentem et docentem, qui Hiarchus dicitur esse Abrachis astronomus, qui post mortem Alexandri magni fuit, sicut docet Ptolemaeus in Almagesti. Et ideo secundum hoc tres fuerunt Apollines, sicut Hercules. Deinde sub Gideone Orpheus et Linus claruerunt[10], secundum quod Beda refert. Et hi, scilicet Amphion et Orpheus et Linus et hujusmodi sui temporis[11] dicti sunt poetae theologi, secundum quod Augustinus dicit, eo quod Diis carmina faciebant; secundum Solinum autem Nicostrate[12] mater Evandri regis Romani dicta est a vaticinio

[1] O., devastavit.
[2] O. om. Picus.
[3] O., quadringenti.
[4] V., sencit. O., fecerit.
[5] V., et tanquam. O. om. et.
[6] V., ostendit. O., ostenditur.
[7] O., ut Athena. V. om. ut.
[8] O. om. ideo.
[9] O., istud.
[10] O., fuerunt.
[11] O., suo tempore.
[12] V., Nicostrates. O., incostrates [*sic*].

Carmentis quae in Capitoli[n]o monte Romae habitavit, et Latinis primo literas dedit. Et hoc ut Beda refert fuit tempore Jair Judicis Israel, secundum tamen chronicam Cluniacensem fuit tempore judicis qui[1] post Jair transactis septemdecim annis judicavit[2]. Sed de hoc non est vis[3] quantum ad praesentem intentionem.

Propter vero Sibyllas et maxime Erythraeam, quae omnes praedictos et praedictas infideles philosophantes longe supergressa est, oportet excidium Trojae certificari[4]. Nam Augustinus refert octavo de Civitate Dei quod multi auctores scripserunt eam fuisse tempore Trojani belli, licet alii tempore Romuli et Achaz[5] vel Ezechiae regis Juda, voluerint[6] eam fuisse, ut dicit Augustinus. Excidium vero Trojae fuit ante Romulum per quadringentos[7] annos. Nam Solinus probat Romam fuisse[8] conditam Olympiade septima quadringentesimo tricesimo tertio post bellum Trojanum, sicut docet evidenter per Herculem et Picum filium suum supradictos[9], et per alios. Et secundum Augustinum octavo[10] praefato[10] vult quod Troja capta sit judicante Hebraeos Labdon[11] supradicto, unde in chronicis Cluniacensibus dicitur quod tertio anno ipsius Labdon[11] Troja capta est. Deinde[12] tempore Samuelis secundum chronicam Cluniacensem, sed expressius in gestis majorum Britonum, fuit Homerus poeta famosus[12]. Deinde Hesiodus philosophus successit Homero ante Romam conditam, ut ait Tullius in libro de Quaestionibus Tusculanis. Et postea Archilochus, regnante Romulo, sicut ibidem scribitur, et ideo[13] tempore Achaz vel Ezechiae regum[14] Juda. Nam[15] primo anno Numitoris avi Romuli, qui fuit ultimus rex Albanorum in Italia, sicut Augustinus dicit, fuit Roma condita[15]. Et ideo simul regnaverunt Numitor et ejus nepos Romulus, et tunc cessavit regnum et nomen Albanorum, et

[1] O. om. qui.
[2] O. om. judicavit.
[3] O., cura.
[4] O., etiam nos certificare.
[5] J., Achai. V., Acha^ni. O., Achaz.
[6] O., voluerunt.
[7] O., quadringentos triginta.
[8] J., fuisse conditam. V. om. fuisse.
[9] O. om. supradictos.
[10] O., 8° de Civitate Dei.
[11] J., Labdon. V., Iabdon.
[12] O. om. Deinde—famosus.
[13] O. om. ideo.
[14] J. V., regum. O., regis.
[15] O. om. Nam primo—Roma condita.

vocati sunt Romani reges; et rex tunc erat in Juda Achaz, vel sicut alii putant qui ei successit[1] Ezechias, quem[2] quidem constat optimum et piissimum regem, Romuli regnasse temporibus[2].

f. 90 of J. begins here; the first twelve lines are imperfect.

CAPITULUM XI.

Haec Augustinus; sed sub eodem Romulo Thales Milesius fuisse perhibetur secundum[3] Augustinum, qui fuit primus de septem sapientibus[3]. Nam[4] post poetas theologos crevit sapientia, et dediti[5] sapientiae[5] vocati sunt Sophi, id est, sapientes. Secundum tamen Bedam in libro Temporum, et secundum Isidorum quinto Etymologiarum et alios[6] Thales fuit sub Josia, qui physicus rerum naturam scrutatus est et astrologus tempore quo populus Hebraeorum, ut Augustinus refert, ductus est in captivitatem. Alius de septem sapientibus apparuit, scilicet Pittacus[7] nomine, et[8] patria ac gente Mytilenus[8]; et alii quinque fuerunt tempore captivitatis, quorum nomina sunt haec, Solon Atheniensis, Chilon Lacedaemonius, Pariandrius[9] [Periander] Corinthius, Cleobulus Li[n]dius, Brias [Bias] Prienaeus[10]. De his Solon dedit leges Atheniensibus ad quas transferendas decem viros populus Romanus misit, et vocantur leges duodecim tabularum, sicut scribit Isidorus quinto libro, et[11] Gratianus accepit ab eo. Alii vero quatuor nihil in scriptis reliquerunt, ut Augustinus dicit. Hi tamen omnes dicti sunt sapientes secundum Augustinum octavo de Civitate Dei, qui ab aliis hominibus vitae genere distinguebantur quibusdam praeceptis ad bene vivendum accommodatis, et secundum Augustinum octavo hi sapientes fuerunt Ionici, id est Graeci, ubi nunc Graecia nominatur[11]. Aliud vero genus hominum sapientiae deditorum post eos exortum est in lingua Graeca, quod tamen vocatur Italicum[12], sed ex ea

[1] O. om. qui ei successit.
[2] O. om. quem—temporibus.
[3] O., qui fuit unus de septem sapientibus et primus secundum Augustinum.
[4] In O. chapter begins here.
[5] O., auctores sapientiae.
[6] O. om. et alios.
[7] O., Putacus.
[8] O. om. et patria—Mytilenus.
[9] J. V. O., Pariandrius.
[10] O. Prierius.
[11] O. om. et Gratianus—Graecia nominatur.
[12] O., Ytalia.

parte qua Italia dicebatur antiquitus Magna Graecia, et quia[1] hi studuerunt in Italia, licet Graeci et in lingua Graeca. Et isti non voluerunt se vocari sapientes, sed amatores sapientiae; quorum princeps fuit Pythagoras[2] Samius a Samo insula, a quo cum quaereretur quis esset respondit quod philosophus, id est amator sapientiæ, sicut Augustinus dicit libro octavo; sed decimo octavo libro de Civitate Dei dicit Augustinus quod apparuit Pythagoras eo tempore quo Judaeorum soluta est captivitas. Et secundum Tullium in libro primo de Quaestionibus Tusculanis, Tarquinio Superbo regnante Romanis, qui fuit septimus[3] a Romulo et ultimus rex Romanorum, post quem consules[4] exorti sunt, venit in Italiam Pythagoras, et illam Magnam Graeciam tenuit[5] cum honore, cum disciplina, cum auctoritate; per[6] multa secula postea sic viguit Pythagor[e]orum nomen, ut nulli alii docti viderentur. Et hic[7] Tarquinius, ut scribit Beda, tempore Cyri regis Persarum, qui laxavit captivitatem Judaeorum, incepit[8] regnare ac regnavit tempore Cambysis filii ejus et duorum fratrum magorum, et Darii, in cujus anno secundo templum aedificatum est, et tunc clarus habebatur Pythagoras, ut dicit Beda, et Zorobabel, Aggaeus, Zacharias, et Malachias prophetae claruerunt[9]. Pythagoras quidem edoctus fuit a Pherecyde Syrio[10], ut dicit Tullius libro praedicto, qui Pherecydes primus animos[11] hominum posuit immortales; cujus tempora non certificantur nisi per tempus Pythagorae discipuli sui, quamvis et Isidorus libro primo dicat quod Pherecydes scripsit historias tempore Esdrae, quod potuit forte esse versus finem vitae ipsius Pherecydis et in juventute Esdrae. Nam a tempore quo dictus[12] est Pythagoras claruisse[12] fluxerunt triginta sex anni quibus regnavit Darius, et viginti sex quibus Xerxes, et septem menses quibus Artabanus[13], et sex anni Artaxerxis Longi-

[1] O. om. quia.
[2] O., Phitagoras.
[3] O., secundus.
[4] O., proconsules.
[5] J., retinuit.
[6] J., multaque secula postea sic. O., et postea sic viguit.
[7] O. om. hic.
[8] V. repeats incepit regnare.
[9] J., narraverunt.
[10] O., Ciro. V., Syro.
[11] O., animas.
[12] O., dictus Phitagoras dicitur claruisse.
[13] J., Arthabanus. O., Arthabas. V., Arthabali.

mani[1], antequam Esdras ascendit de Babylone in Jerusalem. Nam septimo anno regni ejus prima die mensis primi Esdras, secundum scripturam et chronicam[2], profectus est.

CAPITULUM XII.[3]

Haec autem duo genera philosophantium, scilicet Ionicum et Italicum, ramificata sunt per multas sectas et varios successores usque ad doctrinam Aristotelis, qui correxit ac mutavit omnium praecedentium positiones, qui philosophiam perficere conatus est. Successerunt vero Pythagorae Archytas Tarentinus et Timaeus inter alios maxime nominati. Sed praecipui philosophi ut Socrates et Plato et Aristoteles non descenderunt ex hac linea, immo[4] Ionici et veri Graeci fuerunt, quorum primus fuit Thales Milesius. Quomodo autem huic caeteri successerunt, ostendit Augustinus octavo libro de Civitate Dei. Nam post Thalem fuit primus Anaximander ejus discipulus, cujus successor fuit Anaximenes, et hi duo fuerunt tempore Judaicae captivitatis, ut[5] dicit Augustinus decimo octavo de Civitate Dei, et alii similiter[6] concordant in hoc. Anaxagoras vero et Diogenes Anaximenis auditores[7] eidem successerunt sub Dario Hydaspi, cujus anno secundo templum cepit aedificari. Anaxagorae, ut dicit Augustinus, successit Archelaus ejus discipulus, cujus auditor Democritus secundum Isidorum octavo libro[8], et Socrates secundum Augustinum octavo libro, Archelai fuisse discipulus perhibetur. Socrates autem natus est secundum Bedam sub Artabano[9], qui Persis regnavit annis septem, cui in idem regimen[10] successit Artaxerxes Longimanus, in cujus anno septimo Esdras descendit de Babylone; et ideo simul fuerunt Esdras et Socrates, sed tamen[11] prior natu fuit Esdras, sicut

f. 90b of J. begins here, imperfect in the first dozen lines.

[1] O., Longimanus.
[2] O., scripturas et chronicas.
[3] J., Rubric: Capitulum quintum, in quo tangitur de r[amificatione ?] philosophorum a septem sapientibus us[que] ad Aristotelem.
[4] O., immo vero.
[5] O., haec.
[6] J., sic.
[7] O., auditores fuerunt et.
[8] O., octavo libro de Civitate Dei.
[9] J., sub Artabano. O., Archadabao. V., ab Archelao.
[10] O. regnum.
[11] O. om. tamen.

ex nunc dictis claret. Et ideo dicit decimo octavo libro[1] Augustinus quod post Esdram fuit Socrates, hoc est posterior natu. Nam quando floruit Esdras apud regem Persarum et Judaeos, tunc Socrates exortus est. Hic est Socrates qui dicitur pater philosophorum magnorum, quoniam Platonis et Aristotelis magister, a quibus omnes sectae philosophantium descenderunt. Plato quidem, secundum Bedam in tractatu majori de temporibus, natus est sub Sogdiano[2], qui mensibus septem regnavit, cui successit Darius cognomento[3] Nothus, quamquam sub eodem Dario Beda in majori[4] tractatu de temporibus scribat[5] natum esse Platonem. Sed in illo tractatu tempus Sogdiani, quia modicum fuit, computat sub regno Darii. Nam continuat eum cum Artaxerxe Longimano. Nascente vero Platone Hippocrates[6] medicus, ut dicit Beda, insignis habetur, et hoc tempore Empedocles et Parmenides inventi sunt; sed Plato Socratica primo addiscens, et ea quae Graeciae fuerunt, magister Athenarum Aegyptum petiit, et Archytam Tarentinum et Timaeum, eandemque[7] oram Italiae quae Magna Graecia dicebatur, laboriosissime peragravit, ut dicit Hieronymus ad Paulinum. Et contra Rufinum scribit Hieronymus quod Plato post Academiam et innumerabiles discipulos, sentiens multum suae deesse doctrinae, venit ad Magnam Graeciam, ibique ab[8] Archyta Tarentino Timaeoque[9] Locrensi Pythagorae doctrina eruditus elegantiam et leporem cum hujusmodi instituit[10] disciplinis. Et iste Plato omnibus philosophis antefertur secundum sanctos, quoniam ejus libri ad manus eorum devenerunt, et quia sententias de Deo pulchras et de moribus et vita futura multa conscripsit, quae sacrae Dei sapientiae multum concordant, ut in parte philosophiae moralis explanabo; et ob hoc aestimaverunt multi viri catholici quod audiverit Jeremiam prophetam in Aegypto. Nam[11] Aegyptum petiit propter sapi-

[1] O., libro de Civitate Dei.
[2] O., Sogdiane.
[3] J., cognomento. V., cognomenti. O., cognomine natus.
[4] J., minori. O., in eodem tractatu.
[5] J., scribit. V. O., scribat.
[6] J. V. O., Ypocras.
[7] J., eandemque. V., eandem. O. om. eandemque—dicebatur.
[8] J., ad.
[9] O. om. Timaeoque—doctrina.
[10] J. O., miscuit.
[11] O., Non.

entiam et a barbaris sacerdotibus[1] instructus est, ut scribit Tullius de eo[2] quinto Academicorum libro. Sed tamen Augustinus dicit quod non fuit tempore Jeremiae. Nam Jeremias, ut dicit decimo octavo de Civitate Dei, primo prophetavit tempore quarti regis a Romulo, qui vocatus est Ancus Martius, et in tempore quinti regis, scilicet Tarquinii Prisci. Sed Plato tunc non fuit, immo post tempus Jeremiae fere per annos centum, ut Augustinus dicit libro octavo, natus est Plato, nec[3] tamen[3], ut alii aestimabant, invenit LXX. interpretes, a quibus instrueretur. Nam sicut Augustinus dicit libro octavo, et Tullius libro de Senectute, Plato mortuus est octogesimo primo anno vitae suae, et hoc in fine regni Artaxerxis, qui Ochus dicebatur, ut scribit Beda; et a mortis ejus anno, ut dicit Augustinus, fuerunt fere triginta anni ad LXX. interpretes, quapropter ab eis doctus non est in divinis rebus. Sed aestimat Augustinus quod cum fuerit scientiae cupidus didicit literas Hebraeas, et libros Veteris Testamenti perlegit, quod ostendit per mundi creationem quam posuit conformiter scripturae, atque per nomen Dei quod Ipse imposuit in Exodo, Ego sum qui sum, quando Moyses quaesivit a Deo quod esset nomen ejus; hoc autem nomine Dei Plato usus est, et ipsum esse nomen ejus affirmat.

f. 91 of J. begins here; first few lines entirely lost, and all the upper half imperfect and more or less illegible.

CAPITULUM XIII.

Ante vero mortem Socratis natus est Aristoteles, quoniam[4] per tres annos auditor ejus fuit, sicut in vita Aristotelis legitur. Et secundum Bedam natus est sub Artaxerxe[5] qui cognominatus est Mnemon[6], qui successit Dario Notho; et in decimo septimo anno vitae suae fuit auditor Socratis, et ipsum per tres annos audivit; et post mortem Socratis factus est auditor Platonis, secundum Bedam, et ipsum audivit viginti annos,[7] ut in vita sua legitur; et post mortem Platonis vixit viginti tres annos[7]; unde in universo non vixit nisi sexaginta tres annos[7], sicut ex dictis patet. Et hoc similiter scribitur

[1] J. O., sacerdotibus. V., sapientibus. [2] O. om. de eo.
[3] J., Attamen. [4] V., quando. [5] O., Artharge.
[6] V., Invemenon. O. om. qui—Mnemon. [7] V., annis.

in libro Censorini de die natali; quem ille Censorinus refert contra passionem mortalem per tres annos animi magnitudine magis quam medicinae virtute luctatum fuisse. Hic Aristoteles magister Alexandri magni effectus duo millia hominum auctoritate[1] discipuli sui misit per mundi regiones, ut naturas rerum exquirerent, sicut[2] Plinius narrat in Naturalibus octavo libro, et[3] mille libros composuit, ut in ejus vita legitur. Hic enim philosophorum praecedentium errores evacuavit, et augmentavit philosophiam, aspirans ad ejus complementum quod habuerunt antiqui patriarchae, quamvis non potuit singula perficere. Nam posteriores ipsum in aliquibus correxerunt, et multa ad ejus opera addiderunt, et adhuc addentur usque ad finem mundi, quia nihil est perfectum in humanis adinventionibus[4], ut in prioribus expositum est. Hunc natura firmavit, ut dicit Averroes tertio de Anima, ut ultimam perfectionem hominis inveniret. Hic omnium philosophorum magnorum testimonio praefertur philosophis, et philosophiae ascribendum est illud solum quod ipse affirmavit; unde nunc temporis autonomatice[5] Philosophus nominatur in auctoritate philosophiae, sicut Paulus in doctrina sapientiae sacrae Apostoli[6] nomine intelligitur. Quievit autem et siluit philosophia Aristotelis pro majori parte, aut propter occultationem exemplarium et raritatem, aut propter[7] difficultatem, aut propter invidiam, aut[8] propter guerras Orientis, usque post tempora Machometi, quando Avicenna et Averroes et caeteri revocaverunt philosophiam Aristotelis in lucem plenae[9] expositionis. Et licet aliqua logicalia et quaedam alia translata fuerint[10] per Boetium de Graeco, tamen a tempore Michaelis Scoti, qui annis Domini 1230 transactis apparuit deferens librorum Aristotelis partes aliquas de Naturalibus et Metaphysicis[11] cum expositionibus authenticis[12], magnificata est philosophia Aristotelis apud Latinos. Sed respectu multitudinis et magnitudinis sapientiae suae in mille tractatibus

[1] O. om. auctoritate discipuli sui.
[2] J. O., sicut. V., nam.
[3] V., mille. O., et mille.
[4] J., inventionibus. O., perfectionibus.
[5] J., autonomasice. O., autonomatice. V., authonomasice.
[6] O. om. Apostoli—intelligitur.
[7] O. om. propter difficultatem aut.
[8] O. om. aut—orientis.
[9] O., plenam. J., plenae.
[10] J. O., fuerunt.
[11] O., mathematicis.
[12] O., sapientibus.

comprehensae[1], valde modicum adhuc in linguam Latinam est translatum, et minus est in usu vulgi studentium. Avicenna quidem praecipue imitator et expositor Aristotelis, et complens philosophiam secundum quod ei fuit possibile, triplex volumen condidit philosophiae, ut ipse dicit in prologo libri Sufficientiae: unum vulgatum juxta communes sententias philosophorum Peripateticorum, qui sunt de secta Aristotelis; aliud vero secundum puram veritatem[2] philosophiae, quae non timet ictus lancearum contradicentium, ut ipse asserit; tertium vero fuit conterminum[3] vitae suae, in quo exposuit priora et[4] secretiora naturae et artis recollegit[3]. Sed de his voluminibus duo non sunt translata; primum autem secundum aliquas partes habent Latini, qui vocatur liber Assiphae[5], id est, liber Sufficientiae. Post hunc venit Averroes, homo solidae sapientiae, corrigens multa[6] priorum et addens multa, quamvis corrigendus sit in aliquibus, et in multis complendus. Nam[7] faciendi plures libros nullus est finis, ut scribit Solomon in Ecclesiaste[7].

f. 91b of J. begins here (imperf., see note at beginning of f. 91).

CAPITULUM XIV.[8]

His consideratis, patet intentum principale, et manifestum est quod omnes philosophi infideles et poetae et Sibyllae et quicunque sapientiae dediti fuerunt, inventi sunt post philosophos veros et fideles et perfectos, qui fuerunt filii Seth et Noe cum filiis suis, quibus Deus dedit vivere sexcentos annos ad minus[9] propter studium sapientiae complendum, ut dicit Josephus primo Antiquitatum, asserens quod in minori tempore non potuerunt complere philosophiam, praecipue propter astronomiam, in qua est major difficultas eo quod a coelestibus homines mortales multum distant. Sed Deus eis revelavit omnia, et dedit eis vitae longitudinem ut philosophiam per experientiam complerent. Sed propter malitiam hominum

[1] O., comprehensum. V. J., comprehensae.
[2] O., veritatem. V. J., virtutem.
[3] O., cum termino.
[4] J., priora secretiora. V., priora et secretiore. O., exposuit secretiora naturae.
[5] O., Assephae. J. V., Assiphae.
[6] O., dicta.
[7] O. om. Nam—Ecclesiaste.
[8] This chapter appears in O., p. 36, as Pt. iii. cap. 2 (ed. 1897, vol. i. p. 64).
[9] O. om. ad minus.

qui abusi sunt viis sapientiae, ut primo Nemroth[1] et Zoroastes et Atlas et Prometheus et Mercurius Trismegistus[2] et Æsculapius et Apollo et Minerva et hujusmodi qui[3] colebantur[4] sicut Dii propter sapientiam, Deus obscuravit insipiens cor multitudinis; et cecidit paulatim usus philosophiae usquequo iterum Solomon eam revocavit et perfecit omnino, sicut Josephus docet octavo Antiquitatum. Et iterum propter hominum peccata evanuit studium sapientiae paulatim, donec Thales Milesius resumpsit eam, et ejus successores dilataverunt, usquequo Aristoteles consummavit, quantum fuit possibile juxta tempus illud. Sed isti ab Hebraeis didicerunt omnia, sicut Aristoteles dicit in libro Secretorum, ut prius[5] expositum est. Quoniam igitur primi philosophi infideles, ut Nemroth[6] et Prometheus, Atlas et Apollo et alii fuerunt post Seth et Noe et Sem et Abraham, et[7] post filios eorum qui compleverunt philosophiam[7]; et post Solomonem qui secundo perfecit eam, fuerunt[8] reliqui philosophi infideles, Thales et Pythagoras et[9] Socrates et Plato et Aristoteles, manifestum est quod philosophiae perfectio fuit primo data sanctis patriarchis[10] et prophetis, quibus lex Dei similiter fuit ab uno et eodem Deo revelata; quod non fuisset factum nisi philosophia omnino esset sanctis Dei et legi sacrae conformis, et utilis ac necessaria propter intellectum legis et executionem[11] et defensionem; insuper ut fiat ejus persuasio et probetur et communicetur et dilatetur, nam omnibus modis his necessaria est, sicut discurrendo per partes philosophiae singulas apparebit. Et ideo philosophia non est nisi sapientiae divinae explicatio per doctrinam et opus. Et propter hoc una est sapientia perfecta quae sacris literis continetur, et[12] sanctis a Deo data; per philosophiam tamen, sicut per jus canonicum, explicanda.

[1] J. O., Nemroth. V., Nenproth.
[2] O., ac Trismegistus. V., attrismegistus.
[3] O., Apollo et alii qui.
[4] J. O., colebantur. V., colebatur.
[5] J., prius. V., primo. O. om. ut—expositum est.
[6] O., Nemphroth et alii fuerunt.
[7] O. om. et post—philosophiam.
[8] J., fuerint.
[9] J. omits et.
[10] V., patribus patriarchis. J. O., om. patribus.
[11] O., excusationem.
[12] O. om. et sanctis—explicanda.

CAPITULUM XV.[1]

Ex his sequitur necessario quod nos Christiani debemus uti philosophia in divinis, et in philosophicis multa assumere theologica, ut appareat quod una sit sapientia in utraque relucens. Quam necessitatem volo[2] certificare non solum propter unitatem sapientiae, sed propter hoc quod inferius[3] oportet nos in philosophia revolvere sententias fidei et theologiae magnificas, quas reperimus in libris philosophorum et in partibus philosophiae; ut non sit mirum quod in philosophia tangam sacratissimas veritates, quoniam philosophis Deus multas concessit sapientiae suae veritates. Oportet igitur ut trahatur philosophiae potestas ad sacram[4] veritatem quantum[5] possumus, nam valor philosophiae aliter non lucescit, quoniam philosophia secundum se considerata nullius utilitatis est. Philosophi vero infideles damnati sunt, et 'cognoverunt Deum, nec[6] sicut Deum glorificaverunt, et ideo stulti facti sunt, et evanuerunt a cogitationibus suis,' et ideo philosophia non potest aliquid dignitatis habere nisi quantum de ea[7] requirit Dei sapientia. Totum enim residuum est erroneum et inane; et propter hoc dicit Alpharabius in libro de Scientiis, quod sicut puer indoctus se habet ad hominem sapientissimum in philosophia, sic homo talis ad sapientiam Dei revelandam[8] noscitur se habere. Quapropter philosophia secundum se nihil est, sed tunc recipit vigorem et dignitatem, quando sacram sapientiam dignatur assumere[8]. Praeterea[9] semper crescere potest in hac vita studium sapientiae, quia nihil est perfectum

J. f. 92 begins here; it wants almost the whole of the first twelve lines; only the last ten are perfect.

[1] J., Rubric: Tertia distinctio in qua ostenditur necessitas utendi philosophia in divinis non solum propter unitatem sapientiae perfectae sed quia in sequentibus partibus hujus persuasionis adducuntur multae veritates divinae quae de in [*sic*] libris philosophorum extrahuntur; et habet quinque capitula. This chapter and the next form Pt. iii. cap. 2 in O., p. 37 (ed. 1897, vol. i. p. 56).

[2] O., voluero.

[3] O., quod inferius tangam.

[4] J. omits sacram.

[5] J. O., quantum. V., quam.

[6] J., non.

[7] O., aliquid dignitatis habere nisi quantum de ea. V. om. habere, and has 'ñ' for nisi.

[8] O. om. revelandam—dignatur assumere.

[9] O., praeterea. V., propterea.

in humanis inventionibus. Quapropter antiquorum defectum deberemus nos posteriores supplere, quia introivimus in labores eorum, per quos, nisi simus asini, possumus ad meliora excitari; quia miserrimum est semper uti inventis et nunquam inveniendis, ut dicit Boetius, et probatum est efficaciter superius suo loco. Item Christiani debent ad suam professionem, quae sapientia Dei est, caetera pertractare, et[1] vias philosophorum infidelium complere, non solum quia sumus posteriores et debemus addere ad eorum opera, sed ut cogamus sapientiam philosophorum nostrae deservire. Nam hoc infideles philosophi faciunt ipsa[2] veritate coacti quantum[3] ipsis est datum[3]; nam totam philosophiam deducunt ad divinam[4], ut ex libris Avicennae in Metaphysica et Moralibus, et per Alpharabium et Senecam et Tullium, et per Aristotelem[5] in Metaphysica et Moralibus [patet]. Nam omnia reducunt ad Deum, sicut exercitus ad principem, inferen[te]s de angelis et de aliis multis; quoniam principales articuli fidei reperiuntur in eis; nam ut in moralibus exponetur, Deum esse docent, et[6] quod sit unus in essentia, infinitae potentiae et sapientiae et bonitatis, trinus in personis, scilicet Pater et Filius et Spiritus Sanctus, qui omnia creavit ex nihilo; et de Domino Jesu Christo, et de beata Virgine multa tangunt. Similiterque de Antichristo et[7] angelis et custodia hominum per eos[8], necnon de resurrectione mortuorum et de judicio futuro et de vita futurae felicitatis[9], quam Deus promittit[10] obedientibus sibi, et de miseria futura quam proponit inferre[11] his qui mandata ejus non observant. Scribuntque innumerabilia de morum honestate, de legum gloria, de legislatore, quod debet accipere legem a Deo per revelationem, qui sit mediator Dei et hominum et vicarius Dei in terra, Dominus terreni mundi; de quo cum probatum fuerit, quod receperit legem a Deo, ei credendum sit in omnibus exclusa omni dubitatione et hesitatione; qui debet totum genus huma-

1 O. om. et.
2 J. O., ipsa. V., prima.
3 J. O., in quantum eis datum est.
4 J., divina.
5 O., per Aristotelem patet.
6 J. omits et.
7 J., atque de. O. om. de.
8 O. om. per eos.
9 O. de felicitate futura.
10 J., promittit. O., promisit. V., praemittit.
11 J. omits inferre. V. O., proponit inferre.

num ordinare in cultum Dei et legibus justitiae ac pacis, et in virtutum exercitu propter reverentiam Dei ac futuram felicitatem. Et quod idolorum cultura[1] deberet destrui[1], et quod prophetaverunt[2] de tempore Christi. Haec et his similia undecunque[3] habuerunt philosophi, in libris tamen eorum hujusmodi reperimus, sicut probatio certa docebit[4] in sequentibus, et quilibet potest experiri qui vult libros[5] philosophorum perlegere. Negare enim non possumus quin scripta sint ab eis, undecunque[6] hujusmodi receperunt[7]. Nec mirandum est quod philosophi talia scribant; nam omnes philosophi fuerunt post patriarchas et prophetas, sicut[8] de hoc prius facta est consideratio suo loco[8], et ideo legerunt libros prophetarum et patriarcharum qui sunt in sacro textu.

CAPITULUM XVI.[9]

Et similiter alios libros fecerunt[10], tangentes Christi mysteria, ut in libro Enoch et in libro de[11] testamentis[11] patriarcharum et[12] in libris Esdrae tertio, quarto et quinto, et in multis aliis libris de quorum aliquibus fit mentio in sacro textu, ut de libris Nathan et Samuelis et Abdon prophetarum. In hujusmodi enim libris tanguntur expresse articuli fidei, et longe expressius quam in canone scripturae. Nam praeter caeteros libros liber de testamentis patriarcharum ostendit omnia quae de Christo adimpleta[13] sunt. Quilibet enim patriarcha in morte praedicavit filiis suis et tribui suae, et praedixit eis ea quae de Christo tenenda sunt, sicut manifestum est ex libro illo[14]. Et hi libri licet non sint in canone scripturae[15], tamen sancti et

f. 92b of J. begins here (see note on f. 92).

[1] J., debeat destrui cultura.
[2] J., prophetizaverunt.
[3] V., undecunque. O., nunquam.
[4] J., licebit [*sic*]. O. et V., docebit.
[5] J., hos libros.
[6] J., ubicunque.
[7] J., receperuerunt [*sic*].
[8] O., sicut prius dictum est.
[9] J., Rubric: Capitulum secundum. In O. no space for a chapter is indicated. (See above, p. 69.)
[10] O., quos fecerunt.
[11] V., et in testamento.
[12] O. om. et.
[13] O., impleta.
[14] O., suo.
[15] O. om. scripturae.

sapientes Graeci et Latini usi sunt eis a principio ecclesiae. Nam beatus Judas de libro[1] Enoch accepit auctoritatem, et Augustinus quarto [quinto decimo][2] de Civitate Dei multum fundatur super illum librum ut ostendat[3] quod prius[4] fuit sapientia apud sanctos quam apud philosophos, et ait quod magis[5] propter nimiam antiquitatem ille liber non est in auctoritate, quam propter aliud[6]. De libris autem aliis[7] manifestum est[7] quod in usu sanctorum et sapientum antiquorum sunt propter hoc quod planas veritates de Christo continere noscuntur. Philosophi igitur curiosi et diligentes in studio sapientiae peragrarunt regiones diversas, ut sapientiam inquirerent, et ideo[8] libros sanctos[9] perlegerunt[10], et didicerunt[10] ab Hebraeis multa. Nam Avicenna in radicibus moralis philosophiae recitat verba Esaiae de vita aeterna, dicens illam esse quam oculus non vidit nec auris audivit, et recitat quod[11] eleemosyna tollit peccatum, sicut propheta veritatis dicit, scilicet Tobias. Et Augustinus vult octavo de Civitate Dei quod Plato legerat librum Genesis, propter creationem mundi quam posuit similem ei quae[12] ibi describitur; et quod legit[13] librum Exodi[13], propter nomen Dei quod ibi ponitur, scilicet, Ego sum qui sum. Nam hoc usus est Plato, et alibi non potuit invenire, ut consentit[14] Augustinus. Et praeter sacros libros prophetales patriarchae et prophetae composuerunt libros philosophiae, immo totam philosophiam bis perfecerunt; et quod philosophi non habuerunt nisi ab eis, sicut Aristoteles dicit[15], ostensum est in praecedentibus evidenter. Et quia una est sapientia completa[16] quae sufficit humano generi, ideo sancti in libris philosophicis miscuerunt divina multa cum aliis, quantum potuit philosophia recipere. Et propter hoc per istos libros philosophicos sanctorum multa perceperunt philosophi de divinis veritatibus.

[1] O., de hoc Enoch.
[2] O., decimo.
[3] V., ostendit.
[4] V. O., primo.
[5] O., jam.
[6] O., aliquid aliud.
[7] J., manifestum est aliis.
[8] O. om. ideo.
[9] J. O., sanctorum.
[10] O., perlegerant et didicerant.
[11] O. om. quod.
[12] J., qui [*sic*].
[13] O., legis librum legit, scilicet Exodi.
[14] O., dicit.
[15] O. om. sicut Aristotéles dicit.
[16] O. om. completa.

CAPITULUM XVII.[1]

Praeterea cum ipsi philosophi fuerint dediti veritatibus et omni vitae bonitati, contemnentes divitias delicias et honores, aspirantes ad futuram felicitatem quantum potuit humana fragilitas, immo victores effecti humanae naturae, sicut Hieronymus scribit de[2] Diogene in libro contra Jovinianum, non est mirum si Deus, qui in his minoribus illuminavit, daret eis aliqua lumina veritatum majorum; et si non principaliter propter eos, tamen propter nos, ut eorum persuasionibus mundus disponeretur ad fidem. Et ad hoc facit quod Sibyllae multae inventae sunt, decem scilicet prophetissae, sicut omnes sancti[3] concordant, ut Augustinus decimo octavo libro de Civitate Dei, et Isidorus libro Etymologiarum septimo, et alii similiter[4]. Necnon historiae et philosophi et poetae concordant universaliter in his Sibyllis. Sed certum est eas recitasse divina, et ea quae de Christo habentur, et de judicio futuro et hujusmodi. Ergo multo magis probabile est quod philosophi sapientissimi et optimi a Deo receperunt hujusmodi veritates. Quod vero Sibyllae locutae sunt veritates divinas, manifestum est per sanctos et alias; et sufficit recitare quod Augustinus dicit in libro de Civitate Dei decimo octavo. Dixerunt igitur istae mulieres hujusmodi sermones; 'dabunt Deo alapas manibus incestis, et[5] impurato ore exspuent[6] venenatos sputos, dabit vero ad verbera simpliciter sanctum dorsum, et[7] colaphos accipiens tacebit, et corona spinea coronabitur. Ad cibum autem fel, et ad potum acetum dederunt. Insipiens gens, Deum tuum non intellexisti ludentem[8] mortalium mentibus, sed spinis coronasti, horridum[9] fel miscuisti. Templi vero velum scindetur, et medio

f. 93 of J. begins here; the first 9 lines are more or less imperfect, especially the first 6. The rest is practically complete.

[1] J., Rubric: Capitulum tertium. Pt. iii. cap. 4 in O., p. 39 (ed. 1897, vol. i. p. 59).
[2] J. om. de.
[3] O., scilicet decem, sicut omnes sancti. J. omits sancti.
[4] O. om. et alii similiter.
[5] J. om. et.
[6] J., exspuen . . . O., expuent. V., spuent.
[7] O. om. et.
[8] J. et O., ludentem. V., bidentem.
[9] J. et O., horridum. V., hordium.

die nox erit tenebrosa tribus horis. Et morte morietur tribus diebus somno suscepto.' Et iterum metrice dixit Sibylla,

Judicii signum tellus sudore madescet,
Ex caelo rex adveniet per secla futurus,
Scilicet in carne praesens ut judicet orbem,
Unde Deum cernent incredulus atque fidelis
Celsum cum sanctis aevi jam termino[1] in ipso,
Sic animae cum carne aderunt quas judicet ipse,
Exuret terras ignis pontumque polumque.
. . . . Sontes[2] aeternum flamma cremabit.
Actus occultos retegens[3] tunc quisque loquetur,
Secreta atque Deus reserabit pectora luci.
Eripitur solis jubar et chorus interit[4] astris,
Volvetur caelum, lunaris splendor abibit,
Ejiciet colles, valles extollet ab imo.
Sic pariter fontes torrentur[5] fluminaque igni.
Tartareumque Chaos monstrabit terra dehiscens.
Excidet e caelis[6] ignis que et sulphuris[6] amnis."

Si igitur mulierculae fragiles hujusmodi dixerunt, longe magis credendum est philosophos sapientissimos hujusmodi gustasse veritates. Et Augustinus vult decimo octavo de Civitate Dei alios percepisse Dei veritatem quam illi qui de linea Abraham usque ad Christum et deinceps descenderunt[7]. Nam Job scivit resurrectionem et Dei veritates. Et in chronicis Eusebii legitur, quod Helena[8] et Constantino imperantibus fuit cadaver effosum, cum quo inveniebatur scriptura haec, Credo in Christum; sub Helena[8] et Constantino iterum me videbit sol. Et nunc tempore Domini Alexandri Papae quarti Saracenus in Bozea mundum contemnens, vacans in lege sua Deo et virtuti[9] et contemplationi alterius vitae, recepit visitationem angelicam et consilium ut converteretur ad fidem

[1] J., 'jam . . . er . . . o' [? termino] O., jam termino. V., ejus a termino in ipso.

[2] O. before Sontes has tradetur, which refers to a previous line omitted in the quotation: after sontes all MSS. have aeterna for aeternum. See add. notes.

[3] J., deteges [but perhaps the mark over the last 'e,' denoting an 'n,' has been obliterated by the fire]. V. O., detegens.

[4] J., interit. O., vicerit. V., intererit. [5] O., torrentque.

[6] So quoted by St Augustine. V's reading is, caelo et ignis sulphuris.

[7] J., descendunt. [8] J., Hirena. O., Hireno. [9] J., veritate.

Christi, et baptizatus est per sacerdotem mercatorum Januensium [1]. Hoc Domino Alexandro et multis notum fuit, et adhuc recolunt quamplures.

CAPITULUM XVIII.[2]

Potest etiam adhuc hoc idem ostendi per proprietates duas metaphysicae [3]. Nam haec scientia est de illis quae omnibus rebus et scientiis conveniunt, et ideo ostendit numerum scientiarum, et quod oportet esse [4] aliam scientiam [4] ultra philosophiam, cujus proprietates tangit in universali, licet in particulari non possit eam assignare. Scit enim philosophia suam imperfectionem, et quod deficit a plena cognitione eorum quae maxime sunt cognoscenda, sicut Aristoteles dicit in Metaphysica pluries [5], et Avicenna similiter, ut tactum est superius, et [6] iterum suo loco tangetur. Et propter hoc devenit philosophia ad inveniendum [7] scientiam altiorem, et probat quod debet esse, licet[8] non in speciali valeat eam explicare, et haec scientia est tota divina[8], quam theologiam perfectam vocant philosophi, et ideo philosophia elevat se ad scientiam divinorum. Item soliciti fuerunt philosophi super omnia inquirere de certificatione sectae in qua esset salus hominis, et dant modos probandi hoc praeclaros, sicut ex moralibus manifestum erit[9]. Et inveniunt [10] certitudinaliter quod aliqua debet esse secta fidelis et sufficiens mundo, cujus proprietates assignant, quae non possunt reperiri nisi in [11] secta Christi, ut probatur suis locis, et ostenditur quod de bonitate Dei est et [12] necessitate humana quod sciatur ab hominibus [13] haec secta fidelis. Sed non potest hoc probari

f. 93b of J. begins here (see beginning of f. 93).

[1] J. has here Rubric: 'Capitulum quartum.' O. om. per—Januensium (and then passes on to 'Ante vero mortem Socratis,' as in p. 65 above. Cf. O., p. 40, l. 3).

[2] O. has this and the following chapter on pp. 32–34, as Pt. ii. cap. 13, 14 (ed. 1897, vol. i. pp. 61, 62).

[3] J. O., metaphysicae. V., mathematicae.

[4] J., scientiam esse.

[5] O. om. pluries.

[6] O. om. et—tangetur.

[7] O., inveniendum scientiam. V., veniendum in.

[8] O. om. licet non—tota divina.

[9] O., est.

[10] O., invenerunt.

[11] J. et O., nisi in. V. om. nisi.

[12] O., de, *pro* et.

[13] O. om. ab hominibus.

infidelibus[1] per legem Christi, nec per auctores sacros, quia ex lege disputationis possunt negare omnia quae in lege Christi sunt, sicut Christiani negant ea quae in aliis legibus continentur. Et etiam quia Christum negant, non est mirum si auctoritates Christianorum negent. Persuasio autem fidei necessaria est, sed non potest hoc esse nisi duobus modis, aut per miracula[2] quae sunt supra fideles et infideles, de quibus nullus potest praesumere[3], aut per viam[3] communem fidelibus et infidelibus, sed hoc non est nisi per philosophiam. Ergo philosophia habet dare modos probationis fidei Christianae. Articuli vero hujus[4] fidei[4] sunt principia propria theologiae; ergo philosophia habet descendere ad probationes principiorum theologiae, licet minus profunde quam[5] ad principia[6] aliarum[6] scientiarum; et hoc modo supponatur ex hac ratione donec veniatur ad probationem sectarum. Nam ibi ostendetur quod moralis philosophia efficacius theologiae[7] deservit in hac parte, et ideo licet secundum veritatem[8] hujusmodi[9] sunt theologica, nihilominus tamen sunt philosophica, sed[10] propter theologiam[10].

CAPITULUM XIX.[11]

Praeterea tota philosophia speculativa ordinatur in finem suum qui est philosophia moralis. Et quia finis imponit necessitatem eis quae sunt ad finem, ut Aristoteles dicit secundo[12] Physicorum, ideo speculativa[13] scientia[13] semper aspirat ad finem suum, et erigit se ad eum, et quaerit vias utiles in ipsum, et propter hoc potest philosophia speculativa praeparare principia moralis philosophae. Sic igitur se habent

[1] J., in fidelibus.
[2] J., miracula. O. V., mirabilia.
[3] J., praesumere, aut per viam. V., potest sumere viam. O., potest praesumere viam.
[4] J., fidei hujus.
[5] J. O., quam. V. quantum.
[6] O., ad aliquam aliam.
[7] O., in homine.
[8] O., virtutem.
[9] J., hujus. V. et O., hujusmodi.
[10] O. om. sed propter theologiam.
[11] J., Rubric: Capitulum quintum.
[12] J. O., 'secundo.' V. has '3.'
[13] J. O., philosophia speculativa.

duae partes sapientiae apud infideles philosophos; sed apud Christianos[1] philosophantes scientia moralis propria[2] et perfecta est theologia, quae[3] super majorem philosophiam infidelium addit fidem[3] Christi et veritates quae proprie sunt divinae. Et hic finis habet suam speculationem praecedentem, sicut moralis philosophia infidelium habet suam. Quae igitur est[4] proportio finis ad finem est proportio speculationis ad speculationem; sed finis, ut lex Christiana, super[5] legem philosophorum addit[6] articulos fidei expressos per quos complet[7] legem moralis philosophiae[7], ut fiat una lex completa. Nam lex Christi leges et mores philosophiae sumit et assumit, ut certum est per sanctos et in usu theologiae et ecclesiae. Ergo speculatio Christianorum praecedens legem suam debet super speculationem alterius legis addere ea quae valent ad legem Christi docendam et probandam, ut consurgat[8] una speculatio completa, cujus initium erit[9] philosophia[10] speculativa philosophorum infidelium; et complementum ejus erit superinductum theologiae et secundum proprietatem legis Christianae. Et ideo philosophia completa apud Christianos debet sapere multum de divinis plus quam apud philosophos infideles; et propter hoc Christiani debent considerare philosophiam ac si modo esset de novo inventa, ut scilicet eam facerent aptam suo fini; et ideo debent multa addi in philosophia Christianorum, quae[11] philosophi infideles scire non poterant. Et hujusmodi sunt rationes exsurgentes in nobis ex fide et auctoritatibus[12] legis et sanctorum qui sapiunt philosophiam, et possunt esse communia philosophiae completae et theologiae. Et haec cognoscuntur per hoc quod debent esse communia fidelibus et infidelibus, ut sint ita nota cum proferuntur et probantur quod negari non possunt a sapientibus et instructis in philosophia infidelium. Nam philosophi infideles multa ignorant in praesenti de divinis,

f. 94 of J. begins here. The first line or two entirely gone, and the next 8 or 9 lines imperfect at beginning and end. The remainder (two-thirds of page) practically complete.

[1] V., apud bonos Christianos. J. O. om. bonos.
[2] J., proprie et perfecta. V., propria et perfecta. O., proprie et perfecte.
[3] O., quae semper majorem philosophiam fidelibus addit et fidem.
[4] V. om. est.
[5] O., semper.
[6] O., addidit.
[7] O., completur moralis philosophia.
[8] O., surgat.
[9] J., est.
[10] O. om. philosophia.
[11] J. et O., quae. V., qui.
[12] O., auctoribus.

quae si[1] convenienter[1] proponerentur eis et probarentur per principia philosophiae completae, hoc est per vivacitatem rationis, quae sumit originem a philosophia infidelium, licet complementum a fide Christi, reciperent sine contradictione et gauderent de proposita sibi veritate, quia avidi sunt sapientiae et magis studiosi quam Christiani. Non tamen dico quod aliquid de specialibus articulis fidei Christianae reciperetur in probatione, sed multae sunt veritates communes rationales quas omnis sapiens de facili reciperet ab alio, quamvis secundum se ignoraret[2], sicut omnis homo studiosus et desiderans scientiam multa addiscit ab alio et recipit per rationales persuasiones, licet prius ignoraverit[3] eadem.

Non igitur mirentur philosophantes si habeant elevare philosophiam ad divina et ad theologicas[4] veritates et sanctorum auctoritates, et uti eis abundanter cum fuerit opportunum, et probare eas cum necesse est, et per illas alia[5] probare; quoniam proculdubio philosophia et theologia communicant in multis. Et sancti non solum loquuntur theologice, sed philosophice, et philosophica multipliciter introducunt. Et ideo Christiani philosophiam[6] volentes[6] complere debent in suis tractatibus non solum dicta philosophorum de divinis veritatibus colligere, sed longe ulterius progredi usquequo totius philosophiae potestas compleatur. Et propter hoc complens philosophiam per hujusmodi veritates non debet ideo dici theologicus[7], nec transcendere metas philosophiae; quoniam illa[8] quae sunt communia philosophiae et theologiae potest secure tractare[9], et ea quae communiter habent recipi a fidelibus et infidelibus. Et talia multa sunt praeter dicta philosophorum infidelium, quae tanquam propria infra limites philosophiae debet recte philosophans colligere, ubicunque ea invenit[10], et tanquam sua habet congregare, sive in libris sanc-

[1] O. om. si convenienter.

[2] J. has "ignoraret" with what is perhaps meant for "ur" added. V. O., ignoraret. O. om. sicut omnis—ignoraverit eadem.

[3] J., ignoraverat.

[4] O., theologiae.

[5] O., alias.

[6] J., volentes philosophiam.

[7] J., theologicus. V., theologiis. O. om.

[8] J., ista.

[9] J., contractare. O., tractare.

[10] O., invenerit.

torum, sive in libris philosophorum, sive in scriptura sacra, sive in historiis sive alibi. Nullus enim auctor est quin[1] praeter principalem intentionem aliqua incidenter recitet quae sunt alibi magis propria; et hujusmodi[2] causa est annexio scientiarum, quia quaelibet ab alia quodammodo dependet. Sed omnis qui debito modo tractat de aliquo debet quae sunt ei propria assignare, et quae necessaria et suae competunt[3] dignitati; et ideo ubicunque ea inveniat novit[4] sua recognoscere, et ideo[5] tanquam propria habet rapere et in locis propriis collocare. Propter quod philosophans Christianus potest multas auctoritates et rationes varias[6] et sententias quamplurimas de scripturis[7] aliis quam de libris philosophorum infidelium adunare, dummodo sint propria philosophiae, vel communia ei et theologiae, et quae communiter habent infideles et fideles recipere[8]. Et nisi hoc fiat non perficietur, sed multum ei derogabitur. Et non solum debet hoc fieri propter complementum philosophiae, sed propter conscientiam Christianam quae[9] habet omnem veritatem reducere[9] ad divinam, ut ei subjiciatur et famuletur; atque propter hoc quod[10] philosophia infidelium est penitus nociva, et nihil valet secundum se considerata. Nam philosophia secundum se ducit ad caecitatem infernalem, et ideo oportet quod secundum se sit tenebra et caligo.

f. 94b of J. begins here (see beginning of f. 94).

[1] J., qui.
[2] J., hujus.
[3] O., competentia.
[4] O., velut sua cognoscere.
[5] O. om. ideo.
[6] O. om. varias.
[7] O., scriptis.
[8] O., reperire.
[9] J., "quae h . . . reducere." O., quae habet omnem veritatem ducere. V., quae habet casum mentem reducere.
[10] O. om. quod.

PARS TERTIA HUJUS PERSUASIONIS.

DE UTILITATE GRAMMATICAE.[1]

CAPITULUM I.

Declarato igitur quod una est sapientia perfecta quae sacris literis continetur, per jus canonicum et philosophiam exponenda[2], qua mundus habet regi, nec alia requiritur scientia[3] pro utilitate generis humani, nam[4] totam juris et philosophiae continet in se potestatem[4]; nunc volo descendere ad ea philosophica[5] quae maxime valent hujus sapientiae magnificae expositioni. Et haec sunt quinque, sine quibus nec divina nec humana sciri possunt, quorum certa cognitio reddit nos faciles ad omnia cognoscenda. Et primum est Grammatica in linguis alienis exposita, ex quibus emanavit sapientia Latinorum. Impossibile enim est quod Latini perveniant ad ea quae eis[5] necessaria sunt in divinis et humanis nisi per notitiam aliarum linguarum, nec perficietur eis sapientia absolute, nec relate ad Ecclesiam Dei, et reliqua tria praenotata[6]. Quod volo nunc declarare, et primo respectu scientiae absolutae. Nam totus textus sacer a Graeco et Hebraeo transfusus est, et philosophia ab his et Arabico deducta est; sed impossibile est quod proprietas unius linguae servetur in alia. Nam et

[1] O., Rubric: 'Tertia pars hujus persuasionis de utilitate grammaticæ.' J., Rubric: 'Seq[uitur pars tertia] de uti[litate sciendi] li[n]guas alien[as habens] tres distinctiones [quarum] prima habet quinque ca[pitula in] primo ponuntur tre[s ratio] nes de necessitate li[nguarum].'

[2] O. om. exponenda.

[3] J. om. scientia.

[4] O. om. Nam—potestatem.

[5] O. om. philosophica.

[6] O., praenominata.

idiomata ejusdem linguae variantur apud diversos, sicut patet de lingua Gallicana, quae[1] apud Gallicos et Picardos et Normannos et Burgundos et[2] caeteros[2] multiplici idiomate variatur[3]. Et quod proprie et[2] intelligibiliter[2] dicitur in idiomate Picardorum horrescit apud Burgundos, immo apud Gallicos viciniores, quanto magis[4] igitur[4] accidet[2] hoc[2] apud linguas diversas? Quapropter quod bene factum est in una lingua non est possibile ut transferatur in aliam secundum ejus proprietatem quam habuit in priori. Unde Hieronymus in epistola de optimo genere interpretandi sic dicit, 'Si ad verbum interpretor, absurdum resonat. Quod si cui[5] non videtur linguae gratiam interpretatione mutari, Homerum ad verbum exprimat in Latinum. Plus aliquid dicam; eundem[6] in sua lingua prosae[7] verbis[8] interpretetur, videbit ordinem ridiculum[9] et poetam eloquentissimum vix loquentem.' Quicunque enim aliquam scientiam ut logicam vel aliam quamcunque[10] bene sciat, eam[11] nitatur in linguam convertere maternam, videbit se non solum in sententiis sed in verbis deficere, ita[12] quod scientiam sic translatam nullus intelligere poterit secundum ipsius scientiae potestatem.[12] Et ideo nullus Latinus sapientiam scripturae sacrae et philosophiae poterit ut oportet intelligere, nisi intelligat linguas a quibus sunt translatae.

f. 95 of J. begins here; it wants the whole of the first six lines, and part of the next six.

Secundo[13] considerandum est quod interpretes non habuerunt vocabula in Latino pro scientiis transferendis, quia non fuerunt primo compositae in lingua Latina. Et propter hoc posuerunt infinita de linguis alienis, quae sicut non[14] intelliguntur ab eis qui illas[2] linguas ignorant sic nec rite[15] proferuntur nec scribuntur ut decet. Atque, quod vile est, propter ignorantiam linguae Latinae posuerunt Hispanicum, et alias linguas mater-

[1] O., quae est. [2] Omitted in O. [3] O., variantur.
[4] J., O., igitur magis. [5] O., cuique.
[6] J. V., eundem. O., Si quis autem eundem.
[7] J. V. O., per se. Jer. (ed. Migne) prosae. [8] J., verbum.
[9] O., ridiculosum. V. rudiculum.
[10] J. O., quamcunque. V. quantumcunque.
[11] O., eam et si. [12] O. om. ita—potestatem.
[13] O., et secundo. [14] O., nec.
[15] O., recte.

nas, quasi infinities pro Latino. Nam pro mille millibus exemplis unum ponatur de libro Vegetabilium Aristotelis, ubi dicit 'Belenum in Perside pernitiosissimum transplantatum [1] Jerusalem fit [2] comestibile.' Hoc vocabulum non est scientiale sed [3] laicorum [3] Hispanorum [3]. Nam jusquiamus [4], vel semen cassilaginis, est ejus nomen in Latino; quod sicut multa alia prius [5] ab Hispanis scholaribus meis [6] derisus cum non intelligebam quae legebam, ipsis vocabula linguae maternae scientibus, tandem didici ab eisdem.

Tertio cum [7] oporteat interpretem [7] optime scire [8] scientiam quam vult transferre et duas linguas a qua [9] et in quam [10] transferat, solus Boethius primus interpres novit plenarie linguarum potestatem; et solus dominus Robertus dictus Grossum Caput, nuper [6] episcopus [6] Lincolniensis [6], novit scientias. Alii quidam [11] medii, ut Gerardus Cremonensis, Michael Scotus, Aluredus Anglicus, Hermannus Alemannus quem vidimus Parisius, defecerunt multum tam in linguis quam in scientiis; sicut idem Hermannus de se ipso et de aliis est confessus quod ostendit ipsorum translatio [11]. Nam tanta est perversitas et cruditas [12] et horribilis difficultas maxime in libris Aristotelis translatis, quod nullus potest eos intelligere, sed quilibet alii contradicit, et multiplex reperitur falsitas, ut patet ex collatione diversorum interpretum et textuum diversarum linguarum. Et similiter in textu sacro inveniuntur falsa et male translata quamplurima. Nam Hieronymus probat translationem LXX interpretum et Theodotionis et Aquilae multas habuisse falsitates, quae quia fuerunt vulgatae [13] per totam Ecclesiam, et omnes stabant maxime pro translatione LXX sicut pro vita, reputabatur Hieronymus falsarius et corruptor scripturarum, donec paula-

[1] O., sed transplantatum.
[2] J. O., fit. V., sit.
[3] O., laico Hispanicorum.
[4] J. O., jusquiamus. V., jusqueamus.
[5] J. O., prius. V., primo.
[6] Omitted in O.
[7] O., oportet quod interpres.
[8] O., sciat.
[9] O., quibus.
[10] O., quas.
[11] O., quidem medici translatores defecerunt multum tam in scientiis quam in linguis, quod ostendit ipsorum translatio, instead of the passage quidam medii . . . . ipsorum translatio.
[12] V., crudelitas. O. om.
[13] J. et O., vulgatae. V., vulgata.

tim claruit veritas Hebraica per sanctum Hieronymum in Latinum conversa. Ne tamen nimia novitate deterreret[1] Latinos, ideo ut ipse scribit, aliquando co-aptavit se LXX interpretibus, aliquando Theodotioni, aliquando Aquilae; et ideo multa dimisit ut[2] fuerunt[2] per[2] alios[2] translata[2], et propter hoc remanserunt plura falsa. Nam, ut Augustinus probat secundo de doctrina Christiana, male translatum est quod habetur in libro Sapientiae, Spuria vitulamina non dabunt altas radices. Nam deberet[3] esse, spuriae plantationes, vel[2] adulterinae[2] plantationes[2], ut Augustinus probat per Graecum. Et tamen Hieronymus dimisit hoc, sicut multa[2] alia, propter pacem[4] Ecclesiae[4] et doctorum. Atque scitur manifeste quod Hieronymus humanum aliquid passus aliquando in translatione sua oberravit, sicut ipsemet pluries confitetur. Nam quod decimum nonum Isaiae male transtulerat resumit in originali[5] quinto libro[2] dicens, 'In eo quoque quod transtulimus *incurvantem et refrenantem*[2] possumus[2] dicere *incurvantem*[2] *et*[2] *lascivientem*. Nos autem verbum Hebraicum *acmon*, dum celeriter quae[2] scripta sunt[2] vertimus, ambiguitate decepti *refrenantem* diximus.' Et aliud quod in eodem capitulo male transtulerat revolvit dicens, 'melius reor proprium errorem reprehendere quam dum erubesco imperitiam confiteri in errore persistere. In eo vero quod transtuli, "et erit terra Juda Aegypto in festivitatem," in Hebraico legitur *agga* quod interpretari potest et *festivitas*, unde *aggeus* in festivum vertitur, et *timor* quod significantius Aquila transtulit *girosin*[6], cum aliquis pavidus et timens circumfert oculos et advenientem[7] formidat inimicum[8]; ergo, si voluerimus in bonam partem accipere quod recordatio Judaeae[9] Aegypto sit gaudii, recte *festivitas* dicitur; sin autem, ut arbitror, in timore pro festivitate vertitur in formidinem vel pavorem'.[10]

f. 95 of J. begins here, is imperfect (see note at beginning of f. 95).

[1] J. O., deterreret. V., decurreret.
[2] Omitted in O.
[3] V., debent.
[4] J., Ecclesia pacem.
[5] O., saginali.
[6] O., gerosin.
[7] O., adveniens.
[8] O., initium.
[9] O., Judaeae. V., indice.
[10] Between this chapter and the next O. has four chapters which belong properly to Part II. (see above, pp. 67, 69, 73).

CAPITULUM II.

Quarta ratio[1] hujus rei est[2] quod quamplurima adhuc desunt Latinis tam philosophica quam theologica. Nam vidi duos libros Machabaeorum in Graeco, scilicet tertium et quartum, et scriptura facit mentionem de libris Samuelis et Nathan et Gad videntis, et aliorum quos non habemus. Atque cum tota certificatio historiae sacrae sit a Josepho in antiquitatum libris, et omnes sancti expositionum suarum radices accipiant a libris illis, necesse est Latinis ut habeant illum librum[3] incorruptum. Sed probatum est quod codices Latini sunt omnino corrupti in omnibus locis in quibus vis historiae consistit, ita ut textus ipse[4] sibi contradicat ubique; quod non est vitium tanti auctoris; ergo ex translatione mala hoc accidit, et[2] ex corruptione ejus per Latinos, nec[5] est remedium nisi de novo transferatur[6], vel ad singulas[7] radices sufficienter corrigatur[8]. Similiter libri doctorum magnorum ut beatorum Dionysii, Basilii, Johannis[2] Chrysostomi[2], Johannis Damasceni et aliorum multorum deficiunt; quorum tamen aliquos dominus Robertus, praefatus episcopus, vertit in Latinum, et alii quosdam alios ante eum; cujus opus est valde gratum theologis. Et si istorum libri translati essent, non solum gloriose[2] augmentaretur sapientia Latinorum, sed haberet Ecclesia fortiora[9] adjutoria contra Graecorum haereses et schismata, quoniam per sanctos[10] eorum[10] proprios,[10] quibus non possunt contradicere convincerentur.

Similiter omnia fere secreta philosophiae adhuc jacent in linguis alienis. Nam solum quaedam[11] communia et vilia ut in pluribus sunt translata; et de hujusmodi etiam multa desunt.

[1] O., causa est et ratio.
[2] Omitted in O.
[3] V. J. om. illum.
[4] O., ille.
[5] O., non.
[6] O., transferantur.
[7] O., singulas. V., linguas.
[8] O., corrigantur.
[9] J., O., fortia.
[10] O., sanctorum eorum sententias.
[11] J. et O., quaedam. V., quidem.

Nam lineae[1] infinities quasi et[1] capitula et partes librorum et libri integri omittuntur in Metaphysicis[2] et[3] Naturalibus et[3] Logicalibus et aliis, praeter magna secreta scientiarum et artium et naturae arcana quae nondum sunt translata; ut est secunda philosophia Avicennae quam vocat orientalem, quae traditur secundum puritatem philosophiae in se, nec timet ictus contradicentium lancearum, et tertia quae fuit contermina[4] vitae suae, in qua experientias secretas congregavit, sicut ipse in prologo primae philosophiae suae annotavit. Et similiter cum Aristoteles complevit octo partes naturalis philosophiae principales, quae multas sub se continent[5] scientias, de prima parte non habemus omnia, de aliis vero quasi nihil. Et eodem modo de mathematicis[6], quae sunt novem scientiae[7], cum ipse compleverit eas, nihil habemus de textu[7] ejus[7]. De[7] metaphysicis[8] vero[7] quod[7] habemus[7] nulla dignitate notari[9] potest propter defectus multiplices et praegrandes. De moralibus vero, cum sint quinque scientiae magnae, non habemus nisi primam et parum de secunda. Etiam de[10] logica deficit liber melior inter omnes[11], et alius post eum in bonitate secundus male translatus[12] nec potest sciri nec adhuc est in usu vulgi, quia nuper venit ad Latinos, et cum defectu translationis et squalore. Nec est mirum si dico istos libros logicae meliores, nam oportet esse quatuor argumenta veridica; duo enim movent intellectum speculativum seu rationem, scilicet dialecticum per debilem habitum et initialem, qui est opinio, ut disponamur ad scientiam, quae est habitus completus et finalis in quo quiescit mens speculando veritatem. Et hic habitus animi[13] acquiritur per demonstrativum argumentum[7]. Sed cum voluntas seu intellectus practicus sit[14] nobilior[14] quam speculativus, et virtus cum felicitate excellit in infinitum scientiam nudam,

f. 96 of J.; which begins here, is complete, but the upper part stained and often illegible.

[1] O. omits lineae—et.
[2] O., mathematicis.
[3] O., et in.
[4] O., conscientia.
[5] O., continet.
[6] O., metaphysicis.
[7] Omitted in O.
[8] J. O., mathematicis.
[9] J. O., vocari.
[10] J. here apparently interpolates l. 17 of p. 81; but many of the words in this and in the next few lines are undecipherable.
[11] O., omnes alios.
[12] O., male translatus. V. om. male.
[13] O., non, *pro* animi.
[14] O., sit nobilior. V., fit melior.

et nobis magis est necessaria sine comparatione, necesse est ut habeamus argumenta ad excitandum[1] practicum intellectum, praecipue cum magis simus[2] infirmi in hac parte quam in speculatione. Libenter enim omnes gustamus de ligno scientiae et[3] boni et mali, sed difficiles sumus ad lignum vitae ut virtutum dignitatem amplectamur propter futuram felicitatem. Quapropter oportet quod habeat intellectus practicus sua adjutoria, et excitetur per propria argumenta sicut speculativus per sua. Et ideo necesse fuit ut traderetur[4] doctrina[3] de his argumentis, quibus moralis philosophia et theologia utuntur abundanter. Nam sicut speculativae[5] scientiae gaudent argumentis speculativis opinionis et scientiae nudae, sic practicae scientiae, ut theologia et moralis philosophia practica, considerant argumenta, quibus ad praxim, id est ad opus bonum, excitemur et flectamur ad amorem felicitatis aeternae. Et hic[6] sunt duo modi flectendi nos. Unus est qui promovet animum ad credendum et consentiendum et commiserandum et compatiendum[7] et ad hujusmodi[8] actus, et sua[9] contraria cum necesse[10] est[10]; et hoc argumentum vocatur rhetoricum, et est respectu intellectus practici sicut argumentum dialecticum ad intellectum speculativum. Nam[11] facit debilem habitum, scilicet persuasionem credulitatis et fidei[12], ut sequatur habitus completus, qui est[13] amor crediti et dilectio per opinionem confirmanda.[11] Et hic habitus[14] qui flectit nos ad amorem boni operis habetur per argumentum poeticum, quia poetae veraces, ut Horatius et alii Graeci et Latini, vitia prosequuntur et virtutes magnificant, ut alliciantur homines ad amorem[15] boni[15] et odium peccati. Nam ut ille[16] dicit,

Aut prodesse volunt aut delectare poetae.
Omne tulit punctum qui miscuit utile dulci.

[1] O., exercitandum per. [2] J. O., simus. V., fimus. [3] Omitted in O.
[4] J., tradentur (*sic*). [5] J. O., speculativae. V., speculatione.
[6] O., hi. [7] O., complacendum.
[8] J., hujusmodi. O., eorum. V., hujus.
[9] J., sunt. O., ad. [10] O., necessitate.
[11] O. om. Nam—confirmanda. [12] J., fide. [13] J., est ibi.
[14] V., hic est habitus. J. O. om. est. [15] O., honorem.
[16] J. O., ut ille. V. om. ut.

Non enim parum prodest civibus qui delectat[1] in moribus, oportet enim non solum docere, sed delectare et promovere. Unde tam poeta quam orator debet haec tria facere, ut docendo reddat auditores dociles, per delectationem faciat attentos, et promovendo[2] seu flectendo[3] cogat in opus. Et haec argumenta in salutiferis rebus sunt fortissima, in puris[4] speculativis impotentia[5]; sicut demonstratio efficacissima est in speculationibus nudis, sed impotens omnino[6] in practicis et in his quae pertinent ad salutem; secundum quod Aristoteles dicit primo Moralis Philosophiae, quod par peccatum est mathematicum uti argumento rhetorico et rhetorem demonstrationem experiri, quoniam[7], ut dicit secundo, haec scientia[8] non est contemplationis nudae[9] gratia, sed ut boni fiamus. Aristoteles igitur fecit libros[10] de his argumentis, et[11] Averroes[11] et[11] Alpharabius[11] exposuerunt in suis commentariis, et Avicenna docet in logicalibus de his argumentis[11]; et Alpharabius in libro de scientiis affirmat duas partes logicae debere constitui de his duobus argumentis, quia sola logica debet[12] docere cujus modi[13] sunt argumenta et qualiter componuntur, propter usum omnium aliarum scientiarum; et tunc logica servit[14] speculativis scientiis per argumenta duo[15] speculativa[14], quae sunt dialecticum et demonstrativum. Moralibus autem ministrat[16] practica argumenta. Et quia theologia et jus canonicum mores et leges et jura determinant, ideo haec duo argumenta sunt eis necessaria, et[17] omnis theologus et jurista ac philosophans moraliter utitur his argumentis necessario, ex consuetudine et usu, sive fiat persuasio[18] praelato seu principi seu judici vel populo vel privatae personae,[17] quamvis[19] Latini nondum habent scientiam horum argu-

f. 96b of J. begins here; this page is complete, as also are the folios that follow, except in some of the marginal words (*cf.* p. 88).

[1] O., delectant.
[2] O., promovendo. V., permovendo. [3] J. O., flectando.
[4] O., puris. J. V., pure. [5] J., in potentia.
[6] O., est omnino. [7] J. O., quoniam. V., quia.
[8] J., scientiam (*sic*). [9] O. om. nudae. [10] J., libellos.
[11] O. om. et Averroes et Alpharabius—argumentis.
[12] O., deberet. [13] J., cujusmodi. V., cujus.
[14] Omitted in O. [15] O., v. duo. [16] J., ministra.
[17] O. om. et omnis—privatae personae.
[18] J. V., praesuasio. [19] O., etiam quamvis.

mentorum secundum artis logicae potestatem[1]. Qualiter autem componantur haec argumenta non est ad praesens dicendum; sed in opere[2] quod Vestra Beatitudo postulavit debent[3] explicari. Nihil[4] tamen de scientiis speculativis utilius est propter fidem probandam infidelibus, ut flectantur ad credendum et ad amorem fidei Christianae; et similiter ut artificialiter praedicemus omnibus quibus praedicatio necessaria est, et sic de aliis persuasionibus utilibus ad salutem. Magnum autem adjutorium habemus per Augustinum in tertio et quarto de doctrina Christiana, et per libros Tullianos, et per libros Senecae, et epistolas eorum[3], et[3] quaedam[3] alia[3] quae possunt colligi in lingua Latina de his argumentis, quamvis ipse textus[6] Aristotelis nobis deficiat.

CAPITULUM III.[7]

Quinta ratio est ad hoc, quoniam eodem[8] sensu sunt scientiae[5] compositae et expositae, et ideo cum scientiae fuerunt traditae Latinis linguis[9] alienis omnes sancti et philosophi Latini, qui exponunt scientias, usi sunt linguis[5] caeteris copiose, et multiplicant nobis infinita[5] vocabula Graeca et Hebraea et Chaldaea et Arabica, praeter illa[10] quae in textibus continentur. Et nos sumus filii et successores sanctorum et sapientum philosophorum, ut Boethii, Plinii[5], Senecae, Tullii, Varronis et aliorum sapientum, usque ad haec ultima tempora. Nam vidimus aliquos de antiquis qui laboraverunt multum in[5] linguis[5], sicut fuit dominus Robertus praefatus translator et[8] episcopus, et[11] Thomas venerabilis antistes Sancti David nuper[5] defunctus[5], et frater Adam de Marisco, et[5] magister[5] Hermannus[5] translator, et quidam

[1] O., traditionem; tamen necessaria sunt multis modis.
[2] O., hoc opere.
[3] O., debet.
[4] O., Nihil. V., vel.
[5] Omitted in O.
[6] O., textura.
[7] No break here in J.; but in margin '[Capitulum t]ertium de [quin]ta causa.'
[8] O., ex.
[9] J. O., a linguis.
[10] O., ea.
[11] O., et dominus.

alii sapientes. Sed quoniam eos non imitamur, ideo ultra id quod credi potest deficimus a potestate scientiarum, quia expositiones authenticas non possumus intelligere et per consequens nec intellectum scientiarum possumus obtinere. Et pro infinitis pono duo exempla. Hieronymus dicit in prologo Danielis, quod Daniel et Esdras scribuntur[1] literis Hebraicis sed Chaldaeo sermone, et una pericope Jeremiae. Hanc autem pericopem[2] omnes theologi dicunt esse Threnos Jeremiae, quia pericope idem est quod pars[3] parva seu particula. Sed omnes Hebraei sciunt quod Threni scribuntur[1] literis Hebraicis et Hebraeo sermone. Et[4] quicunque scit aliquid de Hebraeo potest hoc percipere; unde puer hic non ignorat istud[4]. Deinde possumus dicere[5] hanc pericopem ex decimo capitulo Jeremiae, ubi dicitur, Sic ergo dicetis eis, Dii qui coelum et terram non fecerunt pereant de terra, et[6] de his quae sub coelo sunt. Nam hoc tantum in Jeremia habet[7] sermonem Chaldaeum, sicut omnes Hebraei literati sciunt. Et certum est quod[8] Chaldaeus[9] et[9] Hebraeus[9] habent eandem linguam sed diversum idioma, sicut Gallicus et Picardus; idioma enim est proprietas linguae apud aliquam nationem determinata[10]. Unde Hebraeus dicit Heloim pro *Deo* vel *Diis*, Chaldaeus dicit Heloa, et[11] pro *caelo* vel *caelis* dicit[12] Hebraeus Samaim, Chaldaeus Samaa[12], et[11] pro *non* Hebraeus dicit lo, Chaldaeus vero dicit la; et sic in aliis diversitatibus[13] accidentalibus ejusdem linguae diversificantur. Et ita est in pericope praetacta. Ante[13] tamen quam[14] haec pericope scribatur hic sermone Hebraeo et Chaldaeo, ponetur alphabetum Hebraeum, ut facilius valeat intelligi quaestio proposita. Et primo scribuntur figurae Hebraici[15] alphabeti[15], secundo in linea superiori ponuntur nomina, et supremo assignantur

[1] O., scribimus.
[2] O., pericope Jeremiae.
[3] J. O., pars parva. V. om. parva.
[4] O. om. Et quicunque—istud.
[5] J., dare. V., dicere. O. omits.
[6] J. O. om. et.
[7] J. O., habet. V., item.
[8] J. O., quod. V., quia.
[9] O., Hebraei et Chaldaei.
[10] O., determinatam.
[11] Omitted in O.
[12] Omitted in O.; supplied in margin by a modern hand.
[13] O. omits diversitatibus—Ante.
[14] O., quod.
[15] O., Hebraicae.

literae nostrae[1] quae literis Hebraicis correspondent; ut literarum Hebraicarum sciamus virtutes et potestates[2] sonorum secundum[3] quod quaedam sunt vocales, quaedam consonantes.

z	*v*	*e*	*d*	*g*	*b*	*a*
zain	vaf	he	dalet	gimel	bet	aleph
ז	ו	ה	ד	ג	ב	א
m	*l*	*ch*	*ch*	*i*	*t*	*h*
mem uverte	lamet	chaf	chaf	iot	teis	heis
מ	ל	ך	כ	י	ט	ח
s	*s*	*a*	*s*	*n*	*n*	*m*
sazake dreite[8]	sazake torte[7]	ain	samech	nun dreite[6]	nun torte[5]	mem close[4]
ץ	צ	ע	ס	ן	נ	ם
	t	*s*	*r*	*k*	*p*	*p*
	taf	sin	ris	kof	pe	pe
	ת	ש	ר	ק	ף	פ

Sunt autem sex vocales, aleph[9], ain, he, heth, iot, vav; reliquae sunt consonantes; he et heth aspirantur ut he in principio, heth non solum in principio sed in fine, et heth[10] generatur in gutture, he in ore. Aleph similiter in ore et ain in gutture. Sed considerandum quod solum iot habet unum sonum[11], scilicet[12] j, sicut j nostrum, et fit consonans et vocalis sicut j apud nos. V[13] vero, ut dicit Hieronymus in Hebraicis quaestionibus, habet duplicem sonum, scilicet v nostrum et o. Reliqua[14] quatuor habent sonum quinque vocalium nostrarum scilicet a e i o u[15], sicut patet per Hieronymum in libro interpretationum. Et hanc diversitatem sonorum designant[16] per puncta et tractus. Nam si sub aleph trahatur linea[17] sine

[1] J., vestrae. O. omits.

[2] O., potestatem.

[3] O. omits secundum . . . (to the end of the Hebrew alphabet); after sonorum it begins (fresh paragraph) sunt autem, etc.

[4] J., cose. V., clase.

[5] J., tor.

[6] J., drait.

[7] J., saziketor.

[8] J., sazikedrait.

[9] J. O., scilicet aleph.

[10] J., V., hec. O. omits.

[11] O., sonum. V. J., solum.

[12] J., scilicet. O., V., omit.

[13] O., Vau.

[14] O., Reliqua vero.

[15] O., et u.

[16] O., signant (*altered to* signat).

[17] J., liam (*sic*).

puncto sic, אַ, vel cum puncto sub linea[1] sic, אָ, sonatur a. Si vero duo puncta fiant jacentia sub aleph ex transverso, אֵ, vel duo stantia, אְ, vel tria in modum trianguli, אֶ, vel quinque puncta hoc modo, אֱ, sonatur e. Si vero tria puncta jacentia sub aleph ex obliquo descendentia sic, אֻ, sonatur u[2]. Si vero unus punctus ponatur sub litera, אִ, sonatur i. Si vero unus punctus fiat supra, sonatur o, sic אֹ. Et ita est de ain et he et heth, quod habent hos quinque sonos per istorum signorum diversitatem. Et cum vaf sonat u, potest esse signum trium punctorum ut dictum est sic, וֻ, vel potest poni unus punctus in ventre sic, וּ. Quoniam autem parum[3] scribuntur[4] per figuras vocalium, et quando per eas scribitur, adhuc ponunt signa praedicta. Ideo oportet sciri quod ad consonantes ponunt haec signa ut sciatur sonus vocalis syllabicandus cum consonante, ut si volo designare ba, be, bi, bo, bu, scribam[5]: ba בָ be בֵ bi בִ bo בֹ bu בֻ Item habent alia signa per quae designant sonos consonantium aliquando[7] fortificari, aliquando[8] remitti. Unde quando tractus ponitur supra literam tunc remittitur, quando punctus in ventre ponitur tunc fortificatur. Unde quando supra daleth ponitur tractus sic, דֿ, tunc debilem sonum [designat] quasi nostrum[9] z, ut cum dico, *adamas*. Quando vero[10] punctus in ventre ejus collocatur sic, דּ, tunc fortiter sonat, ut cum dico, *dabo*. Et sic invenitur hic in hoc Hebraeo quod sequitur[11].

dii	eis	dicetis	sic	Litera Hebraica
elaa	lehom	temerun	chidena	Sermo Chaldaeus.
אֱלָהַיָּא	לְהוֹם	תֵּאמְרוּן	כִּדְנָה	
non	terram et	coelum	qui	
la	areka ve	semaa	di	
לָא	וְאַרְקָא	שְׁמַיָּא	דִּי	

[1] J., litera. O. inserts here *Dc* underlined (probably an ignorant effort to write the Hebrew Aleph). After sonatur a, O. continues, Si vero duo puncta fiant jacentia, breaks off here, and begins again with cap IV. Sexta ratio, et seq.

[2] Erasure in J. [3] J., parvum (*sic*). [4] J., scribunt.

[5] J., scribam sic. [6] J., בַּ.

[7] J., al[i]um. [8] J., alium.

[9] J., nostri. [10] J. omits vero.

[11] The Hebrew in the passage that follows is inaccurately written in J., and the Latin words are not rightly superposed. As to Bacon's vocalization, see addit. notes.

terra de	pereant	fecerunt
area me	iebedu	ebadu
מֵאַרְעָא	יֵאבְדוּ	עֲבַדוּ

coelo	sub de et
semaa	thehot mi u
: שְׁמַיָּא	וּמִתְּחוֹת

dii	eis	dicetis	sic	Literae Hebraicae
elohim	lahem	tomeru	co	Sermo
אֱלֹאהִים	לָהֶם	תֹאמְרוּ	כֹּה	Hebraicus.

fecerunt	non	terram et	coelum	qui
asu	lo	ares ve	samaim	eser
עָשׂוּ	לֹא	וָאָרֶץ	שָׁמַיִם	אֲשֶׁר

sub de et	terra de	pereant
thahat mi u	eres me	iobedu
וּמִתַּחַת	מֵאֶרֶץ	יֹאבְדוּ

isto	coelo
ele	samaim
: אֵלֶּה	שָׁמַיִם

Manifestus igitur et vilis est error omnium in hac parte propter ignorantiam harum linguarum. Aliud exemplum accipitur de Graeca. Et quia multa exempla Graeca addentur in sequentibus, ideo volo hic ponere alphabetum Graecum cum diphthongis quibus scribunt; multo enim evidentius per hoc[1] patebunt quae dicenda sunt.

a	*b*	*g*	*d*	*e*	*z*
alpha	vita[2]	gamma	delta	e. penti, *i.e.* quintum	zita
α	β	γ	δ	ε	ζ
i	*th*	*i*[3]	*k*	*l*	*m*
ita	thita	iota	kappa	labda	mi
η	θ	ι	κ	λ	μ
n	*x*	*o*	*p*	*r*	*s*
ni	xi	o. micron	pi	ro	sima
ν	ξ	ο	π	ρ	σ
t	*y. Graecum apud Latinos*	*ph*	*ch*	*ps*	*o*
taf	y. psilo[4]	phi	chi	psi	o. mega, *i.e.* magnum
τ	υ	φ	χ	ψ	ω

Habent autem septem vocales quantum ad figuras diversas, quoniam habent triplex i et duplex o. Sed quatuor tantum habent quantum ad sonum principalem, videlicet a, e, i, o. Diphthongus apud Graecos est conjunctio duarum vocalium

[1] J., haec. [2] J., vita Licinus dicit beta. [3] J., e.
[4] J., ipsilo.

sonum unius vocalis habentium, vel vocalis cum consonante; et finales literae in diphthongis Graecorum sunt iota et ipsilo. Potest igitur ipsilo consequi alpha sic, *αυ*, et tunc quantum a cum *υ* consonante, qui sonus aliquantulum similis est sono ipsius a cum f, et ideo vulgariter exemplificamus quod sonat af; vel potest consequi e sic, *ευ*, et tunc sonat quantum e vocalis cum *υ* consonante, et quasi ef, ut dictum est de alpha et ipsilo; vel potest consequi ita sic, *ηυ*, et sonat quasi if, ut dictum est[1] de aliis; vel ipsilo consequi potest omicron sic, *ου*, et tunc sonat u vocalem; et sic solum habent Graeci sonum hujus vocalis u. Si vero iota consequatur alpha sic, *αι*, tunc sonat e: si e sic, *ει*, tunc sonat i per iota; si o sic, *οι*, tunc sonat y per ipsilo. Potest etiam consequi ipsum ypsilo sic *υι*, et tunc sonat i per ypsilo. Et hi octo diphthongi vocantur proprii. Sed alii tres dicuntur improprii, et fiunt per subscriptionem hujus literae iota ad alpha, ita, et *ω* mega, sic, *ᾳ*, *ῃ*, *ῳ*. Aliquando tamen ponitur iota in linea post literam sicut in aliis diphthongis, sic, *αι*, sed in istis nunquam sonus renovatur, sed remanet sonus literae principalis, scilicet ejus cui subscribitur iota. Nam quando subscribitur ei quod est alpha, sonatur a; quando veri ei quod ita, sonatur ita, quando vero ei quod est *ω* mega, sonatur solum *ω* mega. Et his tribus dipthongis utuntur Graeci semper in dativo casu primae declinationis et secundae[2].

Exemplum autem in praesenti loco est de Jacob, qui cum obviavit Esau fratri suo veniens de Mesopotamia et dixit[3], Sic enim vidi faciem tuam, quasi vultum Dei, quaerit Augustinus in libro Quaestionum, et est in glossa, qualiter poterat sanctus homo hominem reprobatum comparare Deo, et tanquam Deum reputare? et solvit quod Deus[4] multipliciter[4] accipitur in scriptura, aliquando pro vero Deo et[5] aliquando aliter, et hoc multis modis; sed ut LXX interpretes designarent[6] quod non loquebatur de

[1] O. omits est.

[2] Hiatus evident here, though not indicated in J. or V. *Cf.* vol. i. p. 76, ed. of 1897.

[3] J., disceret. V., diceret. [4] J., multiplex Deus. [5] J. omits et.

[6] J., designaverint.

vero Deo, ideo apposuerunt articulum Graecum ad nomen Dei. Nam hoc est de proprietate articuli, quod veritatem rei demonstrat; sed hoc non apparet in Latino, quia Latini non habent articulum. Sed satis innotescit in Gallico; unde cum dicitur Parisius, *li reis vient*[1], iste articulus *li* designat proprium et verum regem talis loci, quoniam regem Franciae. Et non sufficeret hoc ad denotandum adventum regis Angliae ad civitatem Parisiensem[2]. Nullus enim diceret de rege Angliae veniente Parisius, *li reis vient*[1], sed adjungeret aliquid dicens, *li reis de Engleterre*[3] *vient*[1]. Et ideo articulus solus sufficit ad veritatem et proprietatem rei de qua est sermo designandam. Propter quod dicit Augustinus quod Graecum habet sic, *προσωπον θεου*, quod in Graeco sonat prosopon theu sine articulo; non sic, *προσωπον*[4] *του*[4] *θεου*[4]. Prosopon hic signat[5] vultum vel faciem, theu est genitivus casus hujus nominis theos, quod est Deus, et tu est articulus genitivi. Magna igitur necessitas est ut Latini sciant linguas propter dicta sanctorum et caeterorum sapientum.

CAPITULUM IV.[6]

Sexta ratio est propter correctionem errorum et falsitatum infinitarum in textu tam theologiae quam philosophiae, non solum in litera sed in sensu. Quod autem correctio sit necessaria probo per corruptionis magnitudinem. Et quoniam violentius[7] et[7] periculosius erratur in textu Dei quam in textu[8] philosophiae, ideo convertam linguarum potestatem ad corruptionem textus sacri, ut pateat necessitas earum propter[9] corruptionem infinitam exemplaris vulgati quod est Parisiense. Et Deus[10] novit quod nihil tam valida indigens correptione potest Apostolicae Sedi praesentari sicut haec corruptio infinita[9]. Nam litera ubique in exemplari vulgato falsa est

[1] J., vent. [2] V., Pariensem. [3] J., Engeltere.

[4] J., prosopon *προσωπον. του* tu. theu *θεου*, quod est Graeco sermone prosopon tu theu. [5] J., significat.

[6] Title in margin of J.: 'Capitulum quartum, in quo sexta ratio assignatur [in] universali.' O. begins again here.

[7] Omitted in O. [8] J. om. textu. [9] O. om. propter—infinita.

[10] J., Deus ipse.

vel[1] dubia homini qui consideravit hanc corruptionem[1], et si litera sit falsa vel dubia tunc sensus tam[2] spiritualis quam[3] literalis falsitatem et dubitationem ineffabilem continebit; quod volo nunc ostendere sine contradictione possibili[4]. Nam Augustinus dicit contra Faustum, si discordia est in codicibus Latinis, recurrendum est ad antiquos et plures[5]. Nam antiqui, ut[2] sententiat[2], praeponendi[6] sunt novis et plures paucioribus praeferuntur. Sed omnes antiquae Bibliae quae ubique[2] jacent in monasteriis, quae non sunt adhuc glossatae nec tactae, habent veritatem translationis quam sacrosancta a principio recepit Romana Ecclesia, et jussit per omnes Ecclesias divulgari.

Sed haec[7] in infinitis[8] contradicit[9] exemplari Parisiensi. Ergo hoc exemplar magna indiget correctione per antiqua. Caeterum Augustinus ibidem dicit, quod si dubitatio adhuc remaneat in antiquis Bibliis, recurrendum est ad linguas Hebraicam[10] et Graecam. Et hoc dicit secundo de doctrina Christiana, et[2] ostendit[2] in[2] exemplis[2]. Et Hieronymus hoc docet[11] ad Frecellam et[2] Sunniam et super Zachariam, et omnes sancti concordant in[12] hoc, et quilibet habens rationem. Sed Graecum et Hebraeum stant cum antiquis Bibliis contra exemplar Parisiense[12], ergo oportet quod sit[13] multipliciter[13] corrigendum[13]. Caeterum Hieronymus dicit ad Damasum[14] in hoc casu quod[2] ubi est diversitas non est veritas nota. Sed illi[15] qui nituntur[16] cum omni veritate[17] quam sciunt corrigere textum, scilicet[15] duo ordines Praedicatorum et[18] Minorum, jam de corruptione formaverunt varias scripturas, et plus quam una Biblia contineat; contendunt ad invicem et contradicunt in-

[1] O. om. vel dubia—corruptionem.
[2] Omitted in O.
[3] O., et.
[4] O., possibili. V., populi.
[5] J. O., plures. V., pluries.
[6] J. O., proponendi.
[7] O., hae.
[8] O., infinitum.
[9] O., distant ab.
[10] O., scilicet Hebraicam.
[11] O., dicit.
[12] For the passage in hoc—Parisiense, O. has sed antiquis Bibliis concordant lingua Graecorum et Hebraeorum contra exemplar Parisiense.
[13] O., corrigatur.
[14] O., Damascenum.
[15] O. om. illi qui—scilicet.
[16] J., nituntur. V., vincuntur.
[17] J., veritate qua. V., virtute qua.
[18] J. O., et. V, om.

finities[1]; et non solum ordines ad invicem, sed utriusque[2] ordinis fratres sibi invicem contrariantur plus quam ordines totales. Nam omnis[2] domus alii contradicit, et in eadem correctores sibi invicem succedentes mutuas eradunt positiones cum infinito scandalo et confusione. Unde cum jam[3] a[4] viginti annis[5] praedicatores redegerunt[6] correctionem in scriptis[7], venerunt alii et novam ordinaverunt correctionem quae continet plus medietate unius Bibliae, cujus[8] flores aliqui collecti[9] vix ponuntur in tanta scriptura quam Novum continet Testamentum[8]. Et quia vident se errasse in[10] antiqua correctione, jam fecerunt statutum[11] quod nullus illi[12] adhaereat, et tamen[13] secunda correctio propter sui horribilem quantitatem simul cum veritatibus multis habet sine comparatione plures falsitates[14] quam prima correctio, sicut[15] Vestra Gloria evidenter poterit intueri, cum probatio in speciali auctoritati vestrae praesentetur[16].

CAPITULUM V.[17]

Quod autem dixi[18] in universali, potest patere in exemplis. Nam infinities accidit corruptio additione, subtractione, immutatione[3], conjunctione, divisione orationis[19], dictionis, syllabae, literae, diphthongi, aspirationis notae[19], ut[20] non solum litera sed sensus literalis et spiritualis mutentur.[21] Et non solum[22] cadunt haec vitia contra unam orationem, sed contra multas, immo[3] penes[3] folia[3] quamplura[3]. Et nunc[3] de singulis unum ponam exemplum, vel duo. Nam multi prologi superflue[23] ponuntur in textu, cum non sint prologi textus in quibus redditur ratio

[1] J. omits infinities.
[2] O. om. utriusque— omnis.
[3] Omitted in O.
[4] J. O., ad.
[5] O., annos.
[6] J. O. V., redigerunt.
[7] O., scripturis.
[8] O. om. cujus flores—Testamentum.
[9] J., telecti.
[10] J. om. in.
[11] O., statuta.
[12] O., ei.
[13] J., omni (for omnino).
[14] J., facultates.
[15] O. omits sicut . . . (to end of chapter).
[16] J., praesentetur. V., praesententur.
[17] No break in text of J.; but title in margin. '[Ca]pitulum quintum in quo explicatur [sext]a ratio in particulari.'
[18] J., nunc dixi.
[19] O. omits orationis—notae.
[20] O., et.
[21] O., mutantur.
[22] O., solum. J. V., tantum.
[23] O., superflui.

translationis librorum quibus praeponuntur[1]; sed sunt vel[2] epistolae familiaribus missae, prout[3] epistola Hieronymi ad Paulinum quae in capite Bibliae reputatur prologus et vocatur a vulgo, quae tamen in libro epistolarum Hieronymi[2] continetur; vel[4] sunt prologi in commentarios in[5] originalia non in textum, sicut illud quod praemittitur ante librum Ecclesiastes. Nam proculdubio prologus est ipsius originalis et patet ex sententia[4]. Et sic est de multis aliis quae non sunt in Bibliis antiquatis. De una oratione superflua est exemplum Deuteronomii xxvii°[6], Maledictus qui dormit cum uxore proximi sui, et dicet[7] populus[8] Amen; quoniam nec antiqui codices nec Hebraeus nec Graecus habent[9] versum. De superfluitate dictionis horribile est ac nefandum exemplum[2] octavo Genesis, cum dicitur quod corvus non est ad arcam reversus. Nam[2] Hebraeum[2] habet[2] affirmativam[2], et omnes Judaei de[2] mundo[2] sentiunt[2] hoc[2]: et omnes Bibliae[10] antiquae[10] habent affirmativam[11], et[12] Hieronymus[12] in[13] originali. Et accepta[14] est negatio a paucis temporibus de alia translatione, scilicet LXX. interpretum, cujus falsitatem Hieronymus ostendit locis infinitis, et quae jam a tempore Isidori et ante evacuata est. Nam ipse dicit in libro de Officiis quod generaliter omnes Ecclesiae Latinae utuntur translatione Hieronymi, pro eo quod veracior sit in sententiis et clarior in verbis, excepto quod propter[15] nimium usum psallendi in Ecclesia solius psalterii translatio secundum LXX. interpretes remansit. Sed antequam Romana Ecclesia jussit translationem hanc ubique haberi, Augustinus et alii et ipsemet Hieronymus tempore suo usi sunt, sicut Ecclesia, translatione antiqua. Et ideo Augustinus quando recitat textum hunc

[1] J., ponuntur.
[2] Omitted in O.
[3] J. O., ut.
[4] O. omits vel sunt—sententia.
[5] J., et in.
[6] J., xxvii°. O., 27. V., xxviii°.
[7] O., dicit.
[8] J. O., omnis populus.
[9] J. O., habet hunc.
[10] O., libri antiqui.
[11] et omnes Judaei—affirmativam omitted in text of J.; but [et] omnes Judaei [s]entiunt hoc is supplied in margin, *prima manu*.
[12] O. omits et Hieronymus—pro contradictione ponatur (p. 98).
[13] J. om. in.
[14] J., accepta est. V., om. est.
[15] J., propter. V., praeter.

sexto decimo de Civitate Dei et exponit, oportuit quod uteretur translatione quae fuit vulgata et recepta apud Latinos, nec potuit aliud facere. Quoniam vero glossator a centum annis infixit glossas super textum, accepit auctoritatem Augustini de Civitate Dei, et eam posuit juxta textum, sed non mutavit eum nec intulit negationem. Moderni autem non advertentes diversitatem translationum, nec considerantes qua utuntur translatione, inseruerunt negationem auctoritate propria et primo [ali]quis famosus inter caeteros hoc fecit[1]. Et sic vulgatus est horribilis error, cum contradictorium pro contradictione[2] ponatur. Sed videmus[3] in philosophia quod ejusdem libri est aliquando[4] duplex et triplex translatio, et una habet diversum vel aliquando contrarium alii[5]. Sed nullus est qui ausus est translationem unam miscere cum alia.

Quod autem libri[6] ecclesiastici habent in legenda negationem, hoc est[7] ex[8] corruptione exemplaris apud studentes ad ecclesiasticos libros[9] derivatum. Et de syllabae mutatione[10], et per consequens totius dictionis, exemplum[11] mirabile est de Joseph, qui dicitur in exemplari vulgato venditus fuisse triginta argenteis propter exemplum Domini. Sed secundum antiquos codices et Hebraeum et Graecum et Arabicum, et Hieronymum in originali, et Josephum in primo[12] antiquitatum, ibi[13] debent esse viginti non triginta. Et similiter in psalterio ad syllabae mutationem mutatur tota dictio cum infinito errore, cum dicitur, Sitivit[14] anima mea ad Deum fontem vivum. Nam cum Ecclesia in psalterio[15] solo[15] utatur[16] translatione LXX. interpretum, Hieronymus correxit hanc translationem bis, et posuit *fortem* ubi ponimus *fontem* per errorem propter[17] similitudinem dictionum, et propter hoc quod in praecedenti versu fit mentio de fonte, et propterea quod sitis

[1] J., fecit. V., fecerit.
[2] J., contradictione. V., contradictorio.
[3] J., videtur.
[4] J., obiter.
[5] O., alteri.
[6] Omitted in O.
[7] J. O., est. V., et.
[8] O., de.
[9] J., hos. O. omits.
[10] J., immutatione.
[11] O., et exemplum.
[12] O., libro.
[13] O., quod.
[14] J., Si scivit.
[15] J., solo psalterio.
[16] O., utatur translatione. V. J., om. translatione.
[17] O. om. propter similitudinem—fecit de Hebraeo (p. 99).

ordinatur ad aquam. Sed ut dixi, Hieronymus correxit *fortem*; et ita est in Hebraeo et Graeco et in translatione Hieronymi propria, quam fecit de Hebraeo[1]; et ita est in omnibus antiquis Bibliis, et[2] in psalteriis antiquis monasteriorum. Nam hoc diligenter inspexi, et omnino certum est quod non est ibi nisi error[3] vilissimus propter similitudines praedictas[2].

De literae mutatione hoc[4] est exemplum notabile primo Judicum, cum dicitur in monte Hares, quod interpretatur testateo, ut penultima litera sit[5] e, non i; sed communiter habetur testatio per i, ut sit nominativus casus et idem quod testificatio a teste; sed debet[6] esse ablativus derivatus a testa, nam in omnibus antiquis libris[7] est testateo per e, et in Graeco et in[8] Hebraeo, ut habetur Hares. Hieronymus transtulit testam, vel aliquid[9] derivatum a testa, vel[10] aliquid consimile, ut later vel ariditas[10]. Nam Hares in Hebraeo testam vel aliquod[11] praedictorum significat[12] in Latino. Unde Hieronymus in sexto libro super Isaiam exponens illud verbum sexti decimi capituli, 'His qui laetantur super muros cocti lateris' dicit, 'Hares testam sive coctum laterem significat,' et in octavo libro super illud vicesimo quarto Isaiae, 'Erubescit[13] luna,' dicit quod hares testam[14] vel ariditatem significat[15]. Quod vero tricesimo primo Jeremiae et tricesimo[16] secundo[16] confunduntur haec nomina Ananeel et Anameel[17] per errorem, ut literae[18] m et n[19] indifferenter ponantur[20] in[21] penultima[21], est[22] error magnus in mutatione unius literae. Nam Hieronymus dicit in originali quod Ananeel[23] per n scriptum est turris, per m est filius Sellum[21] patruelis Jeremiae; et sic invenitur in Hebraeo.

[1] O. om., as stated p. 98.
[2] O. om. et in psalteriis—praedictas.
[3] J., herror, om. nisi.
[4] J. O. omit hoc.
[5] J. O., sic. V., scilicet.
[6] O., si deberet.
[7] J. O., bibliis.
[8] J. om. in.
[9] J., quid.
[10] O. om. vel—ariditas.
[11] O., aliquid.
[12] J. O., significat. V., signat.
[13] J. O., erubescet.
[14] O., testam sive coctum.
[15] J. O., sonat.
[16] O., 32°, altered to 22°.
[17] O. Emameel.
[18] V. J. O., in litera
[19] J. omits 'm.' O. omits 'm et n.'
[20] J. O., ponuntur.
[21] Omitted in O.
[22] O., et est.
[23] J. O., Ananeel. V., Amaneel.

De[1] diphthongo est illud[2] Proverbiorum sexto decimo, lapides *sacculi* secundum Hebraeum et Graecum et antiquos, quamvis communiter habeatur *seculi* sine diphthongo pro[3] *saeculi* in aliquibus non multum antiquis; cujus error inolevit quod hoc nomen seculum debet scribi per diphthongum[4], et sic veraciter scribitur apud omnes libros antiquos in omni facultate. Et quia modica differentia est inter c et e, ideo[5] aliqui de antiquis prope modernos tamen decepti mutaverunt primum c in e, ut scriberent saeculi; et quia moderni non scribunt per diphthongum, ideo retinuerunt hoc nomen seculum scriptum more suo, et neglexerunt hoc nomen sacculum quod est vera litera.

De aspirationis nota exemplum est prima[6] ad Thessalonicenses secundo, cum[7] dicitur 'Ad tempus[8] ore,' ut sit ablativus casus hujus nominis *os oris*, et non genitivus hujus nominis *hora horae.* Scribitur igitur[9] in ablativo casu, et glossatur non a sancto sed a Magistro Sententiarum qui glossavit epistolas; sed sicut multipliciter alibi[10] defecit in expositione propter ignorantiam Graeci, ita defecit[11] hic, quoniam[12] proculdubio in Graeco, a quo sumptum est, genitivus casus hujus nominis *hora* invenitur *horas*, et aspiratur tam apud Graecum quam Latinum. Sed *os oris* non aspiratur, hoc enim nomen *hora* est Graecum, licet Latino more declinatum sicut *domina.* Sed Graecus declinat sic *hora horas hora horan*[13] *hora.* Unde nominativus dativus[14] et vocativus similes sunt, accusativus in *an*, genitivus in *as*, ablativum non habent Graeci. Et hoc[15] in Graeco est *horas*, sicut ego legi diligenter, et quilibet potest probare qui[16] scit Graecum, et in antiquis invenitur aspiratio.

Haec exempla volui afferre, ut aliqua[17] probatio innuatur quod necesse est linguas alienas sciri propter textus Latini corruptionem, tam in theologia quam in philosophia. Quo-

[1] O. omits the whole paragraph De diphthongo—vera litera.
[2] J., illud. V., aliud. [3] J., vel. [4] J., diphthongum. V., diphthongan.
[5] J., oi͡ [=omni; probably a blunder for *ι͡ο*, *i.e.*, ideo].
[6] O., primo. [7] J., quod cum. [8] O., cujus.
[9] O., enim. [10] Omitted in O. [11] J. O., fecit.
[12] O. om. quoniam proculdubio et seq, to end of chapter. [13] J., horam (*sic*).
[14] J., et dativus. [15] J., hic. [16] J., quid. [17] J., quicquam.

modo vero decurrit plana probatio, et in speciali per omnes corruptiones Bibliae, in aliud tempus differtur propter rei magnitudinem, quae potest, cum volueritis jubere, Vestrae Sanctitati praesentari, sed non per me ut sufficiat, sed magis per alium; quam vobis in sequentibus explicabo.

CAPITULUM VI.[1]

Septima ratio, quare[2] necesse est ut Latini sciant linguas, est[3] specialiter propter sensus falsitatem, etsi litera esset verissima[4]. Nam tam in theologia quam in philosophia necessariae sunt interpretationes, et praecipue in textu sacro et in textu medicinae et scientiarum secretarum, quae nimis occultantur propter ignorantiam interpretationum. Nam medici confusi sunt propter malas interpretationes, quas vocant synonyma. Non[5] est autem possibile eis uti medicinis authenticis propter errorem istorum syno[ny]morum[5], et ideo accidit in manibus eorum infinitum periculum. Eodem modo in[6] textu sacro; nam summa difficultas, quae est apud ipsum sciendum, est propter varietatem et obscuritatem infinitarum interpretationum, ut[7] in exemplo familiari pro[8] infinitis[8] aliis[8] apparet. Vulgus enim hoc nomen Israel pro patriarcha interpretatur *virum*[9] *videntem*[9] *Deum*, et[10] praevaluit hoc in usu usque ad tempus Hieronymi, et etiam usquequo sua translatio et sua expositio jussae sunt per omnes ecclesias divulgari. Sed ipse dicit in originali, 'Quamvis grandis auctoritatis sunt et eorum umbra nos opprimat, qui Israel *virum videntem Deum* interpretati sunt[10], nos tamen magis consentimus Deo vel angelo qui hoc[11] nomen imposuit, quam auctoritati alicujus eloquentiae secularis.' Et[12] ideo probat

[1] Title in margin of J.: '[Distinctio] secunda in qua spe[cialiter ratio septima] et octava po[nuntur] habens sex [capitula].'

[2] J., quare. V., quia. [3] V. J., et, for est. [4] J., veracissima.

[5] Non est—synonymorum is from J. V. omits. O. agrees with J. down to propter, then errorum istorum synonymorum ignorantiam, et.

[6] O., est in. [7] O., et. [8] Omitted in O.

[9] O., vir videns. [10] O. om. et praevaluit—interpretati sunt.

[11] O., in hoc. [12] O. om. Et—affirmat.

egregie quod affirmat.[1] Nam illi qui sic interpretati sunt crediderunt quod hoc vocabulum significet idem conjunctum et divisum, sicut[2] respublica apud nos. Sed hoc non est generaliter verum, immo in pluribus habet[3] instantiam in omni lingua. Apud vero Hebraeos[3] *is* est vir, *ra* videns, *el* Deus, et ideo crediderunt multi quod hoc nomen patriarchae habeat[4] resolvi in illa tria. Sed Hieronymus reprobat per multa argumenta; quatuor enim possunt ex dictis suis sumi a parte vocis, et quatuor vel quinque a parte rei. Nam in illis tribus nominibus aliae literae et plures quam in nomine patriarchae, et aliter ordinatae et syllabicatae reperiuntur. Ex[5] hoc igitur triplici argumento sumpto per[6] literas concluditur per Hieronymum quod idem significari non potest hinc inde; cum ratio significationis ejusdem sumatur propter vocis identitatem. Sed patet[7] vocem et literas nimis variari, quoniam in nomine patriarchae sunt hae quinque literae per ordinem, Iod, Sin, Res, Aleph, Lamet, sicut ipsum Hebraeum hic positum declarat יִשְׂרָאֵל, Iserael[8]. Sed in hoc triplici vocabulo hae octo literae hunc habent ordinem, scilicet Aleph, Iod, Sin Res, Aleph, He, Aleph, Lamet, ut hoc Hebraeum ostendit

el	ra	is
אֵל	רָאָה	אִישׁ

Et quarto argui potest ex pronuntiatione. Nam sicut puncta ostendunt, nomen proprium non retinet apud Hebraeum sonum praecisum illorum vocabulorum trium, sed majorem habet, quia Iserael sonatur in quatuor syllabis; trium vero vocabulorum sonus in solis tribus syllabis coarctatur, ut dicatur *is*, *ra*, *el*; quoniam punctum unum sub litera sonat *i*, duo puncta sonant *e*, et linea cum puncto sub ea sonat *a*. Sed argumenta fortiora trahuntur ex sensu vocis[5] secundum[9] Hieronymum[9]. Nam[9] per textum Hebraeum et Graecum et Latinum, et per Josephum, patet quod Israel non debet dici

[1] O. om. Et—affirmat. [2] J. O., sicut. V., sic.
[3] For habet—Hebraeos, O. has est falsum. Nam apud Hebraeos.
[4] O., habet. [5] O. omits Ex hoc—sensu vocis.
[6] J., penes. [7] J. omits patet.
[8] J., Iserael. V., Iserel. [9] O., Nam secundum Hieronymum et.

vir videns Deum, sed principans[1] vel princeps cum Deo, quoniam in Hebraeo ad literam est sic, 'Et dixit Deus, non vocabitur nomen tuum amodo Jacob, sed Israel, quoniam si principatus[1] vel princeps fuisti cum Deo, et cum hominibus poteris principari.' Et ideo dicit Hieronymus quod sensus est, Non vocabitur nomen tuum supplantator, hoc est Jacob, sed vocabitur nomen tuum princeps cum Deo, hoc est Israel. Quoniam enim[2] ego princeps sum, sic[3] enim[3] tu qui mecum luctari potuisti princeps vocaberis. Si autem mecum pugnare potuisti[4], quanto magis cum hominibus, hoc est cum Esau, quem formidare non debes. Et[5] hoc ostendit ipsum Hebraeum hic scriptum hoc modo.

Jacob	non	dixit et[6]
iaecove	lo	iomer va
יַעֲקֹב	לֹא	וַיֹּאמֶר

nomen tuum	amodo	dicetur
simecha	oze	ieamer
שִׁמְךָ	עוֹד	יֵאָמֵר

quoniam	Israel	si[7]	quoniam[7]
ki	icerael	im	ki
כִּי	יִשְׂרָאֵל	אִם	כִּי

Deo	simul	principatus[8]
elohim	im	saritha
אֱלֹהִים	עִם	שָׂרִיתָ

poteris et[9]	hominibus	simul et
tuchal va	enasime	im ve
וַתּוּכָל	אֲנָשִׁים	וְעִם

[1] O., principalis. [2] Omitted in O. [3] O., sicut. [4] O., invaluisti.

[5] O. omits Et hoc ostendit—to end of Hebrew passage, beginning again Et textus Graecus.

[6] The Hebrew in J. is too faulty to be worth insertion. See additional notes.

[7] In inner margin of J. and V. (partly hidden in latter) is a marginal note on *quoniam si* (same hand as text:—'Modus loquendi Hebraicus est, hoc est Sed Israel (scilicet dicetur nomen tuum.')

[8] Note on *principatus* in outer margin of V. and J. (in same hand as text): 'fuisti vel princeps fuisti. Nam in Gallico Hebraei dicunt princeias verbaliter uno vocabulo pro praeterito tempore indicativi modi, et sic est in Hebraeo et Graeco, licet Latinum habeat duo vocabula in tali praeterito. (J. writes: *ceias verbas* for *princeias verbaliter* and omits *tempore.*)

[9] Note on *poteris* in V. and J. (in same hand as text): 'principari scilicet, sed superfluit una copulatio; sed modus Hebraicus est.'

Et textus Graecus habet sic: quia invaluisti cum Domino, et cum hominibus valebis. Atque Latinum habet: quoniam si contra Deum fortis fuisti, quanto magis contra homines praevalebis. Et Josephus, primo antiquitatum libro, Israel ideo appellatum dicit, quia contra angelum [1] steterit. Omnia igitur haec, scilicet principari cum Deo, et invalescere, et fortem esse, et [2] stare [2] contra [2] vel [2] cum [2] Deo [2], reducuntur ad eundem sensum, ut [2] patet [2], sed diversis vocabulis interpretatum [3], quorum nullum de virtute suae significationis potest elicere visionem Dei. Et ideo vera interpretatio est *princeps cum Deo.* Et adhuc confirmat hoc Hieronymus per argumentum derivationis. Nam Sarith, quod [4] ab Israel nomine derivatur, principem [5] sonat ut [2] dicit [2]. Unde et [2] Sara uxor Abrahae princeps dicitur, sicut [6] dicit Hieronymus super [2] decimum [2] septimum [2] capitulum [2] Geneseos [2]. Quapropter si vulgus vel aliqui antiqui, ut Eusebius Caesariensis in libro nominum Hebraeorum, quem Hieronymus in Latinum vertit, et alii, famosa abutentes interpretatione, dicant [7] Israel interpretari [8] per *virum videntem Deum* [2], dicamus cum Hieronymo; 'Illud [9] autem quod in libro nominum interpretatur Israel *vir videns Deum*, omnium pene sermone decretum, non tam vero quam violenter, nihil interpretatum videtur.' Si igitur per Eusebium in libro nominum, quem Hieronymus transtulit in Latinum, et per Ambrosium et alios forsan [10] sanctos, allegare quis contendat quod recta [11] expositio [12] hujus [12] vocabuli [12] Israel sit *vir videns Deum*, dicendum est quod locuti sunt secundum vulgatam expositionem antequam veritas fuit patefacta, quam postea beatus Hieronymus vera et recta interpretatione Latinis revelavit; sicut in ejus libris continetur, et in glossa etiam habetur [9]. Si [13] vero [13] dicatur [13] quod consuetudo vulgi theologorum modernorum hanc interpretationem frequentet, patet responsio per supradicta secundum Augustinum et Cyprianum et Isidorum et alios et [2] per [2] varias [2] declara-

[1] O., Dominum. [2] Omitted in O. [3] O., interpretationum.
[4] O., et. [5] O., et principem. [6] O., ut.
[7] O., dicunt. [8] J., interpretati (*sic*).
[9] O. omits Illud autem—habetur. [10] J., forsitan.
[11] J., rita. [12] J., hujus vocabuli expositio. [13] O., Et si forsan dicitur.

tiones[1]. Nam secundum eos manifestatae[2] veritati[3] cedat consuetudo, ut[4] relicto errore vulgi sequamur veritatem; et quod ex[5] ignorantia venit non debet allegari, sicut accidit in proposito. Et praecipue contra auctorem et[1] doctorem[1] sacrum non licet contraire ubi[6] pro se rationes sufficientes et auctoritates allegat. Porro[7] ad omnium affirmationem potest quilibet Hebraeos[8] peritos consulere, et inveniet sententiam beati Hieronymi ratam et inconcussam[7]. Summa vero necessitas remediorum falsitatis requiritur in his interpretationibus propter formam Hebraei sermonis. Nam in interpretationibus vulgatis, quae in fine Bibliae ponuntur, sunt infinitae occasiones errorum propter hoc quod unum vocabulum[9] aestimatur secundum[10] normam Latinam, quae est multiplex apud Hebraeos. Et abundantius erratur quod tali vocabulo dantur variae interpretationes, tanquam ejusdem sint vocabuli Hebraei[1], cum tamen quaelibet sit diversi, eo quod vocabulum Hebraeum apud nos male consideratum in scriptura una habet diversas literas apud Hebraeos et[1] diversas[1] scripturas[1], penes quas recipit[11] diversas interpretationes; secundum quod Hieronymus ponit exemplum in epistola de Mansionibus. Nam *or*, si scribatur per aleph, significat *lumen*; si per ain, *pellem*[12]; per heth, *foramen*; per he[13], *montem*. Dicit igitur quod vicesimo Numerorum quidam interpretati sunt his modis quatuor; sed opiniones tres destruit, quia in Hebraeo scribitur hic per he[14] literam[1], et ideo solum *montem* in hoc loco designat. Sed in praedicando et legendo theologi recurrunt ad omnes quatuor expositiones[15] in hoc vocabulo; et sic in[16] aliis[16] propter[17] hoc quod sic habetur in interpretationibus[17].

Ultima ratio scientialis de necessitate linguarum aliarum[1] est quod grammatica in lingua Latinorum tracta est a Graeco et Hebraeo. Nam literas accepimus a Graecis, ut docet

[1] Omitted in O. [2] J., manifeste. [3] J., veritate.
[4] O., et. [5] J. O., ex mera. [6] O., nisi.
[7] O. om. Porro—inconcussam. [8] J., Hebraeo.
[9] O., vocabulorum. [10] O., simplex secundum.
[11] J., recepit. [12] O., pedalem. [13] O., heu.
[14] J. omits he. [15] J., exceptiones. [16] O., alias.
[17] For propter—interpretationibus, O. has igitur multipliciter errant.

Priscianus, et[1] totam rationem tractandi partes orationis Priscianus accepit a Graecis, ut testatur, et miscet Graecum in magna abundantia[2] per omnes libros suos. At ipsa vocabula linguae Latinae[1], et tam theologica quam philosophica, ab alienis linguis pro parte maxima sunt transfusa; quorum[3] aliqua Latini suspicantur esse alterius linguae, et de aliquibus non considerant quod ab alia lingua descendunt[3]. Multa[4] vero[4] aestimantur[4] quod sint penitus Latina, cum tamen sint Graeca vel Hebraea, Arabica vel Chaldaea, in quibus tam in pronuntiatione quam in scriptura et sensu accidit multiplex error Latinorum. Nec est modicum inconveniens[5] errare in vocabulis; quia per consequens homo[6] errat[7] in orationibus, deinde in argumentis, et tandem in his quae[8] aestimantur[8] concludi[8]. Nam Aristoteles dicit, Qui[9] virtutis[5] nominum sunt ignari saepe paralogizantur. Et primum et principale fundamentum doctrinae ponit Boethius in certa et integra cognitione terminorum, sicut docet in libro de Disciplina Scholarium; atque nos experimur hoc[10] in singulis scientiis. Nam principalis difficultas[5] et[5] utilitas sunt[11] ut[11] homo sciat intelligere vocabula quae dicuntur in scientia, et prudenter et[5] sine errore proferre. Quando vero[12] hoc[12] sit[12], aliquid[5] potest per seipsum proficere sine ulteriori doctrina si sit diligens in studio. Nam textus scientiarum sunt ei plani postquam[13] noverit[13] proprie ac recte intelligere et interpretari; et sine difficultate potest quemlibet sapientem intelligere, et cum quolibet sufficienter conferre, et[14] a quolibet si necesse est edoceri[14]. Et[15] Aristoteles dicit primo[16] Coeli et Mundi, Parvus[17] error in principiis[18] est magnus in principiatis. Qui enim in fundamento[19] errat, necesse est eum[20] errore totum aedificium cumulare.

[1] O. omits et totam—Latinae.
[2] J., Abundamus.
[3] O. omits quorum—descendunt.
[4] O., et multi vero aestimant.
[5] Omitted in O.
[6] J., hic. O. omits.
[7] O., errabit.
[8] O., aestimatur conclusio.
[9] O., quod qui.
[10] J. omits hoc.
[11] O., est quod.
[12] O., veraciter scit hoc.
[13] J., plusquam voverit. O., quando noverit.
[14] O. om. et a quolibet—edoceri.
[15] J. omits et.
[16] O., in primo.
[17] O., quod parvus.
[18] O., principio.
[19] O., fundamentis.
[20] O., ei in.

Aestimamus igitur linguam nostram Latinis dictionibus esse compositam, et pauca esse vocabula aliarum linguarum, cum tamen quae[1] communiter utimur[2] sint[3] de linguis alienis, ut domus[4], scyphus[5], clericus, laicus, diabolus[6], Sathanas, ego, pater, mater, ambo, leo, bos, ager, malum[6], et sic de paene[7] infinitis quae vix in[8] magno volumine possent congregari; praecipue si scrutarentur[9] vocabula singularum[10] scientiarum, et maxime theologiae et medicinae; quo volumine nihil esset utilius, si[11] vocabulorum omnium recta scriptura ac pronuntiatio[12] debita cum fideli derivatione et certa interpretatione praeberentur[13]. Sed nunc in his quatuor erramus[7] infinities[7] in magnum totius sapientiae detrimentum; quod paucis exemplis potest intelligi. Nos enim non consideramus ordinem linguarum, nec quod prior lingua non recipit interpretationem posterioris, nec quod diversae linguae, in eo quod diversae sunt, non se mutuo exponunt, secundum quod dicit Hieronymus Ge[nesis][14] septimo decimo, 'Nemo aliqua lingua quodlibet vocans etymologiam sumit vocabuli ex altera'; et Servius dicit hoc in commentariis Virgilii[14]. Et maxime prior ex posteriori non potest originem habere, ut certum est omni homini rationem habenti. Unde Graecum non oritur ex Latino, nec Hebraeum ex Graeco. Et ideo[7] non debet Hebraeum etymologiam[15] capere[15] ex Graeco, nec Graecum ex Latino. Unde Hieronymus contra quosdam dicit loco[16] memorato[16], Sarra non Graecam sed Hebraeam[17] debet habere rationem, Hebraeum[18] enim est. Et[19] Servius dicit quod Lenaeus a *leno*, lacu, dicitur, non a[20] *lenio*[20], quia Graecum nomen non[21] potest Latinam etymologiam recipere. Sed contra hoc facimus communiter et indifferenter[19]. Nam dicimus[22] quod

[1] O., qui. [2] O., utuntur. [3] J., tam sint. O., sunt.
[4] O., domus. V. J., doma. [5] O., ciphus. [6] O. om. diabolus—malum.
[7] Omitted in O. [8] O., etiam in. [9] O., scrutemur.
[10] O., singulorum et singularum. [11] J. O., si. V., sed.
[12] J. O., pronuntiatio. V., pronuntiatione. [13] O., praeliarentur.
[14] O. omits Ge—Virgilii. [15] J., capere etymologiam.
[16] O., quod. [17] J., Hebraicam. [18] O., Hebraea.
[19] For Et Servius—et indifferenter, O. has et nos contra.
[20] J., a leino. V., ab alieno. [21] J., nomen non. V. om. nomen.
[22] J., discimus.

amen, licet sit Hebraeum, dicitur ab *a* Graeca[1] praepositione[1], quod est sine, et *mene* Graeco, quod est defectus. Et cum *Parasceve* sit Graecum, dicimus quod dicitur a *paro paras* et *coena coenae*, quae sunt Latina. Et[2] dicunt quod *dogma* dicatur a *doceo*, et quod *jubileum* a *jubilo*[2], et sic de infinitis, quae omnia falsa sunt. Et non solum vulgus Latinorum[1] sed[3] auctores in[1] his[1] oberrant; ut Hugutio[4] et ejus sequaces, qui[5] aestimant jubileum a jubilo derivari, cum tamen jubileum debet esse Hebraeum, et[6] jubilus est Latinum. Sed nec debet dici jubileum, ut litera *i* sit in secunda syllaba sicut in jubilo, immo debet ibi esse *e* litera ut dicatur jubeleus[7], sicut vult Isidorus et Papias, et omnes libri antiqui sic habent. Nam diciter a jobel, quod est Hebraeum.

CAPITULUM VII.[8]

Quoniam autem scimus quod multa vocabula, quae sunt in usu Latinorum, debent exponi per alias linguas, assueti in hoc credimus quod longe plura quam veritas sit capiant[9] etymologiam aliunde. Nam sola illa vocabula quae oriuntur et derivantur ex[10] Graeco et Hebraeo debent habere interpretationem[11] per linguas illas. Ea enim quae pure[12] Latina[12] sunt[12] non possunt habere expositionem nisi per vocabula Latina. Nam purum Latinum est omnino diversum ab omni lingua, et ideo non recipit[13] interpretationem aliunde. Sed Latini hoc non considerant, immo indifferenter pura Latina per alias linguas interpretantur, sicut[14] a Graecis derivata. Unde multis modis hoc nomen *caelum*, quod est pure Latinum, Graece interpretantur[14], dicentes quod[1] caelum dicitur tanquam *casa*

[1] Omitted in O.
[2] O. omits Et dicunt—jubilo.
[3] O., sed etiam.
[4] J., Hugocio. O., Hugo.
[5] O. omits qui aestimant—to end of chapter.
[6] et omitted or erased in J.
[7] J., jubileus (*sic*).
[8] Title in margin of J.: 'capitulum tertium q[uod non de]bent vocabula [pu]re Latina [exponi] per Graecum.'
[9] O., capiunt.
[10] J. O., ex. V., a.
[11] O., interpretationes.
[12] J., pura sunt Latina.
[13] O., potest habere.
[14] O. omits sicut—interpretantur.

helios [1], id est domus solis, nam sol dicitur helios. Sed incongrue dicunt et falso. Nam cum helios sit nominativi casus et [2] non genitivi, casa helios incongrue dicitur; deberent enim dicere *casa heliu*, quia heliu est genitivi casus. Deinde [2] falso dicitur; nam sicut [3] Varro peritissimus Latinorum, ut sanctorum et philosophorum utar eloquio, docet, et [3] Plinius in [4] prologo naturalis philosophiae confirmat [4], caelum dicitur a *caelo caelas*, quod est *sculpo—pis* [5], quia stellis sculptum est et ornatum, quod [6] manifestum est ex lege scripturae vocabulorum. Nam caelo—las pro sculpo—pis [7], scribitur per diphthongum *ae* in omnibus libris [8] antiquis; et similiter hoc nomen caelum apud omnes codices antiquos scribitur per diphthongum eandem, et ideo derivatur a caelo, quod est sculpo. Et ex hoc sequitur quod non derivatur a *celo celas*, quod est *occulto—tas* [9], sicut illi dicunt qui huic nomini dant etymologiam Latinam, dicentes sic dici quia occultatur et elongatur a nobis, vili errore sicut priores decepti [6]. Similiter hoc nomen *ave*, quod est pure Latinum, Graece exponunt, dicentes quod dicitur ab *a*, quod est sine, et *ue* [10], quasi *sine ue* [10]. Sed hoc fieri non debet, quia hoc vocabulum non sumitur a Graeco vocabulo cognatae [11] significationis [11]. Nam *chere* in Graeco significat [12] *ave* in Latino, sed haec duo non concordant, et [13] ideo multo magis ab aliis suam non trahet [14] expositionem. Hoc igitur est unus modus quo infinitis quasi vocabulis errant Latinis. [15]

CAPITULUM VIII. [16]

Alius modus est quod in Graecis vocabulis non attendimus [17] scripturam quam habent multipliciter variatam, quodque [18]

[1] J., helaos. O. has casehlios for casa helios.
[2] For et non genitivi—deinde, O. has li enim est genitivi casus, et ideo.
[3] O. omits sicut Varro—et.
[4] For in prologo—confirmat, O. has dicit quod.
[5] J., sculpis.
[6] O. omits quod manifestum—decepti.
[7] J., sculpis.
[8] J., his.
[9] J., occultas.
[10] [=vae?].
[11] Omitted in O.
[12] J., significat. V., signat.
[13] O. omits et ideo—to end of chapter.
[14] J., trahat.
[15] J., Latini.
[16] Title in margin of J.: Capitulum q[uartum] de scriptura [erro]nea Graecorum [vo]cabulorum. No break in O.
[17] O., intelligimus sacram.
[18] J., quod. O., quia.

vocabula consimilia in sono distinguunt[1] in significato. Unde habent triplex *i* et duplex *o* et duplex *t* ac *p* et *c*; et habent undecim diphthongos et multa alia, ut sic varietatem suorum vocabulorum in significando designent. Nam *cenos*, quod est inanis, a quo *cenodoxia*, id est inanis gloria, de quo Deuteronomii septimo, scribitur per *e* breve; et *cenos* quod est novus, a quo *encenia*, id est innovationes ut nova festa et dedicationes ecclesiarum[2], de quo Johannis decimo[3], scribitur per *ae* diphthongum, sic *caenos*. *Cenos* vero quod est[2] communis, a quo *cenobium* et *epicenon*, scribitur per *oi* dipthongum, quamvis Latinus proferat *e*, sed deberet proferre *i*, ut diceret *cinos*. Unde ab hoc dicitur *cinomia*, quod est secundum Hieronymum in correctione psalterii, communis vel omnimoda musca. Unde Papias dicit quod scribitur per diphthongum in prima syllaba sic *coinomia*[4], et hoc manifestum est ex Graeco psalterio. Et etiam[2] *cynos*, canis, quando scribitur per *y* Graecum, unde *cynomia* id est musca canina, de qua Exodi octavo. Et *xenos* per *x* est peregrinus, a quo *xenia* quae sunt munera seu dona, de quibus primo Machabaeorum et[5] vicesimo[6] Ecclesiastici. Et *schenos* per *sch*[7] est funis, a quo *schenobates* qui graditur in fune et super[8] funem; et[2] *scena* est umbra vel tabernaculum, a quo *scenopegia*, id est fixio tabernaculi, et scenofactoria ars in[9] qua Paulus apostolus laborabat. Cum ergo derivativa istorum vocabulorum et composita sic variantur in significatis, licet sint similia in sermone et sono, sicut[2] primitiva[2], manifestum est quod non est possibile evadere in sensu literali sine errore, qui non advertit scripturam hujusmodi dictionum[2]. Unde magni vivi et famosi expositores aliquando decepti sunt, sicut[10] Rabanus, qui octavo[11] decimo[11] Actuum[11] dicit quod scenofactoria ars docet facere funes, quia aestimabat quod schenos, quod est funis, esset illud a quo nomen derivatur. Sed Beda docet contrarium, volens quod a *scena*[12] derivetur[13]. Et hoc manifestum est per scripturam vocabuli, scilicet[14] octavo decimo

[1] O., distinguunt, V. distinguant.
[2] Omitted in O.
[3] O., 18° [perhaps 10° badly written ?].
[4] J., cionomia (*sic*).
[5] J. omits et.
[6] J. 30° (altered from 20°). O., 2°.
[7] O., sche.
[8] O., supra.
[9] O., est in.
[10] O., sicut. V. J. sic.
[11] O., 8.
[12] O., schena.
[13] J., O., derivatur.
[14] O. omits scilicet octavo decimo—per aspirationem.

Actuum in Graeco textu scribitur vocabulum prima syllaba sine aspiratione, et per vocalem quae vocatur *ita*, scilicet quae est *i* longum, et sic scribitur *scena* pro tabernaculo; sed *schenos* pro fune scribitur per *oe*[1] diphthongum et per aspirationem[2]. Et sic contentio est inter doctores de *cynomia* et[3] caeteris praedictis. Unde de[4] *xeniis* credit vulgus quod nihil sit; et corrigunt in textu sacro, dicentes *exenia*[5].. Sed in Bibliis[6] antiquis non est[7] sic, nec in Graeco, nec[8] potest sic dici secundum Graecam grammaticam, quia oporteret quod *ex*, praepositio Graeca, poneretur ibi, quod non est possibile; postquam vocabulum incipit per consonantem, sicut patet ex grammatica Graecorum[8]. Per hunc modum accidit error quasi in infinitis vocabulis.

CAPITULUM IX[9].

Et[7] tertius modus est quod licet Latini multum communicant cum Graecis, tamen in aliquibus differunt, quod non observatur ut oportet. Nam cum dicat Priscianus et omnes Latini sciunt quod nomen arboris apud Latinos est feminini generis et terminatur[10] in us, et nomen fructus est neutrum et terminatur in um, ut *pomus pomum*, *pirus pirum*, et sic de aliis, aestimant quod hoc sit intelligendum de omnibus vocabulis quae sunt in usu Latinorum, ut[11] de *malo* et de *amigdalo* et aliis. Nam regula Latinorum est solum intelligenda de Latinis dictionibus, non de Graecis nec aliis. Et quod hoc sit verum patet primo, quia Latinus dat regulas de Latinis, et non pertinet ad eum ordinare regulas de linguis alienis; deinde Pris[cianus] dicit quod omne Graecum cadens in usum Latinorum retinet genus suum quod habuit[11] apud Graecos; et ideo cum *malum* pro arbore sit Graecum et neutri

[1] J., oe. V., ae. [2] O. omits scilicet octavo decimo—per aspirationem.
[3] J., O., et de. [4] O., et de. [5] O., xeunia.
[6] J., O., Bibliis. V., libris. [7] Omitted in O.
[8] O. om. nec potest—Graecorum.
[9] Title in margin of J.: '[ca]pitulum quintum de de[ri]vatione Graecorum vocabulorum falsa in usu Latinorum.' [10] J., terminantur (*sic*).
[11] For ut de malo—quod habuit, O. has id est, ut teneant genus suum, quod habent.

generis, erit sic apud usum Latinorum ; et ideo[1] tam pro fructu quam pro arbore erit ejusdem generis et ejusdem terminationis. Et[2] hoc probatur per Virgilium qui dicit in Georgicis *mala insita*; arbores quidem inseruntur, non[3] fructus; et super hoc[4] Servius[2] commentator[5] qui fuit major quam[6] Priscianus[6], nam[6] ejus[6] auctoritate saepius utitur[7], dicit quod haec regula, Omne nomen arboris est feminini generis, intelligenda est de Latinis non de Graecis. Malum[8] autem Graecum est, ut infert ; et certum est quod[8] est Graecum, licet secundum morem Latinorum aliquantulum aliter[9] prolatum, quia[10] nulla dictio apud Graecos terminatur in m literam, sed in n; et Latinus[11] consuevit[11] terminare dictiones suas in m, ut *scamnum*[12], *lignum*, *pomum*[13] et hujusmodi. Item multoties Latinus mutat aliquam vocalem in vocabulo Graeco, ut ubi Graecus dicit *grammaticos* Latinus dicit *grammaticus*, et sic multipliciter ; et sic est hic; Graecus enim dicit[14] *melon* pro arbore et fructu ; Latinus mutat e in a, sicut n in m, et dicit malum. Sed ista mutatio non mutat vocabulum secundum substantiam et secundum radicem; quia acceptum est a Graeco, licet aliter prolatum, et hoc omnes auctores testantur. Caeterum per textum Latinorum in antiquis libris tam de theologia quam de philosophia invenitur semper malum pro arbore. Nam in primo Joelis invenitur communiter apud omnes Biblias malum pro arbore; et[15] usque nunc[10] correctores dimiserunt illud in novis Bibliis, et in[10] omnibus[10] antiquis[10] quatuor Canticorum similiter[10], ubi[16] dicitur, Sicut malum inter ligna silvarum; et sic exponit Beda in originali. Et duodecimo Ecclesiastis est amigdalum in[10] omnibus[10] antiquis[10]: et malogranatum in singulari et malogranata in plurali in[10] libris[10] legis[10] invenitur[10]; quod non fieret si malum non esset neutri generis. Mutantur igitur haec[17] vocabula secundum formam Latinarum[18] dictionum[19] incon-

[1] O., tunc. [2] For Et hoc—Servius, O. has sed Servius.
[3] J. in (*sic*). [4] J., super hoc. V., ideo. [5] J., commendator.
[6] O., Prisciano, cujus. [7] J. O., utitur. V., utimur.
[8] For Malum—quod, O. has Et certum est quod malum.
[9] O., sit aliter. [10] Omitted in O. [11] O., Latini omnes consueverunt.
[12] J. O., scannum. V., stagnum. [13] J. omits pomum.
[14] O., Nam Graecus dicit. V. J. om. dicit. [15] O., etiam. [16] O., ibi.
[17] O., hujusmodi. [18] O., Latinorum. [19] O. omits dictionum—to end of chapter.

venienter, et praecipue mirum est quod in aliquo correctores dimittunt antiquam literam, et in alio abradunt, quod est omnino contra rationem.

CAPITULUM X.[1]

Similiter in pronuntiatione literarum Graecarum multum erratur propter hoc quod Latini volunt formam suam pronuntiandi[2] servare in Graecis dictionibus. Et in hoc peccatur maxime; cum omnes poetae Latini[3] et[3] omnes[3] antiqui[3] proferebant secundum primam institutionem. Sed nos moderni violavimus hoc[4] multis modis contra usum omnium antiquorum et[2] auctorum[2]. Verbi gratia, cum[5] Priscianus dicit quod nomina possessiva desinentia in *nus* longantur et acuuntur in penultima, ut *Latinus*, *bovinus*, *equinus* et hujusmodi[6], intelligenda est regula de Latinis dictionibus, non de Graecis, propter[7] aliquas rationes tactas prius[7]. Et ideo cum *adamantinum*, *byssinum*, *crystallinum*, *hyacinthinum*, *bombycinum*, *onychinum*, *amethystinum*, *smaragdinum* et hujusmodi, sint[8] Graeca, debent breviari in penultima, sicut Graeci faciunt. Praeterea nec ista sunt possessiva;[2] nam duae tantum sunt terminationes possessivorum apud Graecos, scilicet in *cos*, ut *grammaticos*, et in *os*[9], ut *uranios*, id est caelestis. Caeterum omnes poetae Latini breviant penultimam, et ideo non est poetica licentia, quia[2] communiter[2] fit[2] ab[2] omnibus[2] et[2] ubique[2]; quod enim raro fit et ex causa licentiae poeticae ascribendum est, sed non quod fit semper[2] et[2] communiter. Unde Juvenalis *Amethystina*[10] *convenit illi.* Et idem dicit *grandia tolluntur crystallina*, penultimam corripiendo. Et[11] Persius abbreviat dicens *hyacinthina laena* in fine versus[11], et sic omnes faciunt et nullus facit contrarium. Ergo non est poetica licentia, sed[2] ex[2] lege[2] naturali[2]. Et cum secundo Regum decimo septimo[12] capitulo habeatur quasi siccaret ptis-

[1] Title in margin of J.: Capitulum sextum de pronuntiatione.
[2] Omitted in O.
[3] O., et omnes antiqui Latini.
[4] J. O., hoc. V., haec.
[5] V., nam cum. J., nam (om. cum).
[6] O. om. equinus et hujusmodi.
[7] O. omits propter prius.
[8] V. J., sicut.
[9] O., nios.
[10] O., amatistiam (*sic*).
[11] O. omits Et Persius—versus.
[12] J. O., 17°. V. septimo.

anas, expositio famosa vocabulorum Bibliae, cui omnes adhaerent, nititur[1] probare quod media sit producta; et auctor illius expositionis defendit se per versum Horatii, qui[2] dicit[2].

Tu cessas agedum[3] sume hoc ptisanarium oryzae.

Sed error est, nam, sicut per omnes auctores probari[4] potest[4], nunquam abscinditur in metro nisi una syllaba in fine dictionis; et ideo sic debet scandi, *hoc*[2] *ptisanari oryzae*, ut haec syllaba *sa* brevietur et quod[2] haec syllaba *na* longetur. Et hoc patet aliter, quia in omnibus derivativis *a* ante *rium*[5] longatur, ut[6] *contrarium*, *armarium* et hujusmodi infinita; quod observatur in hac scansione, sed non in vulgata cum dicitur *ptisanar oryzae*, ut duae syllabae auferantur, quia ibi breviatur haec syllaba *na* ut patet. Ergo oportet quod media hujus dictionis *ptisana* sit brevis et gravanda[6]. Praeterea erratur in scriptura. Nam in novis Bibliis habetur *tipsanas*, quod nihil est; et ideo[2] debet *p* anteponi, sicut in hoc nomine Ptolemaeus et multis[7]. Et in hoc modo errandi[2] erratur infinities in aliis vocabulis; et tam[8] violenter mutavimus[9] veras accentuum[10] regulas, quod non est remedium per magistros; quoniam consuetudo cogit omnes male proferre, ut in uno patet exemplo pro millibus[11]. Butyrum habet penultimam correptam apud auctores. Unde Statius Achilleidos[2],

Lac tenerum cum melle bibit, butyrumque comedit.

Et Macer in libro herbarum,

Cum butyro modicoque oleo decocta tumorem.

Et Graecus sic breviat, atque componentia ipsum requirunt hoc. Nam componitur de *tyros* et *bos*, et tyros est breve in prima syllaba; et est[12] lacticinium, quod a bove venit. Sed longe sunt majores errores apud[13] multos, et ignorantia veritatis apud omnes circa accentus. Sed major disputatio requiritur[13] quam praesens scriptura concedit[14].

[1] J. V., innititur. O., nititur.
[2] Omitted in O.
[3] V., agendum; J. et O., agedum.
[4] O., probatur.
[5] O., u.
[6] O. omits ut contrarium. gravanda.
[7] J., multis aliis. O. omits et multis.
[8] J., tamen.
[9] O., mutamus.
[10] O., accidentium causas et.
[11] O., mille millibus.
[12] J. V., tyros est.
[13] O. omits apud multos—requiritur.
[14] O., concedit inquirere. Part III. ends here in O.

CAPITULUM XI.[1]

Cum jam manifestavi quomodo cognitio linguarum est necessaria Latinis propter studium sapientiae absolutum, nunc volo declarare quomodo oporteat[2] eam haberi propter sapientiam comparatam ad Dei Ecclesiam, et rempublicam fidelium, et conversionem[3] infidelium, et eorum reprobationem qui converti non possunt. Nam quatuor modis[4] necessaria est Ecclesiae, primo videlicet propter officium divinum, eo quod Graecis, Hebraeis et Chaldaeis utuntur in officio, sicut in scriptura; et plura accipimus quorum scriptura non habet usum, sicut agios, atheos[5], athanatos, iskiros, imas[6], eleyson, kyrie[7] et hujusmodi. Cum igitur ignoramus scripturam et pronuntiationem rectam et sensum, multum deficiemus a veritate et devotione psallendi; nam loquimur sicut pica et psittacus et caetera bruta animalia quae voces imitantur[8] humanas, sed nec rite proferuntur nec intelliguntur quae dicuntur. Cum enim dicimus *alleluia* infinities in anno, deceret multum et expediret ut omnes per totam Ecclesiam psallentes scirent quod sunt duo vocabula, scilicet *allelu* et *ia.* Nam *allelu* significat idem quod *laudate*, et *ia* denotat *Dominum*, quoniam est unum de decem nominibus Dei, sicut Hieronymus scribit ad Marcellam; et praecipue significat invisibilem, et Deus est maxime invisibilis. Unde non quemcunque[9] invisibilem sed Deum designat. Et cum in omni missa dicimus *Osanna*, haec dictio est composita ex corrupto et integro. Nam ut Hieronymus dicit ad Damasum Papam, *osi*[10] est idem quod salvifica, et *anna* est interjectio deprecantis, secundum quod per aleph scribitur syllaba prima. Unde significat idem quod *salva deprecor.* Nam aliter scribitur prima syllaba per *he* literam, et tunc significat[11] conjunctionem quam Latinus sermo

[1] Title in margin of J.: [Distin]ctio tertia [refere]ns linguas [ad Ec]clesiam, etc., habens 4 [c]apitula.
[2] J., oportet.
[3] J., conversionem. V., conversationem.
[4] J., in eis.
[5] J. V., otheos.
[6] J., ymas.
[7] J. omits kyrie.
[8] J., emitantur (*sic*).
[9] J., quemque.
[10] J., os.
[11] J., significat. V., signat.

non habet. Et cum gloriosam Virginem salutamus dicentes, Ave Maria gratia plena, Dominus tecum [1], multum esset necessarium ad intellectum veracem et devotum ut quilibet literatus sciret sensum vocabuli, et praecipue cum multi aestimantes se scire multa hic oberrent. Syrum quidem vocabulum est *Maron*, et significat *Dominum*, a quo venit *Maria*; et idem est quod dominatrix, ut dicit Hieronymus in interpretationibus. Et hoc valde competit beatissimae Virgini, quia dominatur super omnem immunditiam peccati expellendam [2] a nobis, et omni diabolicae fraudi et nequitiae, quia ipsa est terribilis peccato et daemonibus, sicut castrorum acies ordinata; et non solum ipsa, sed omnes qui in ea veraciter confidunt. Haec vero interpretatio rectissima est et sine calumnia. Dicit vero Hieronymus in interpretationibus, quod multi aestimaverunt Mariam debere interpretari *illuminatricem* vel *Smyrnam maris*; quod ipse non recipit, sed dicit quod debet dici *stella maris* vel *amarum mare* secundum Hebraicam interpretationem. Et vere dicitur Stella Maris, ut nos dirigat ad portum salutis, et Amarum Mare, quia in omni paupertate et amaritudine temporali vixit in hoc mundo, et tandem ipsius animam pertransivit gladius in morte Filii, ut sit nobis in exemplum omnis patientiae, et confortatrix in omni adversitate hujus mundi. Necesse est igitur nobis in omnibus psalmodiis et obsecrationibus nostris ut sciamus rite proferre et intelligere, quodque juxta verborum proprietatem sciamus devote petitiones nostras formare, ut quod recte et devote petimus, Dei et sanctorum pietate et meritis Ecclesiae consequamur. Sed hoc non possumus facere sine notitia vocabulorum alterius linguae; et ideo multum expedit et necessarium est ut hoc sciamus.

Secunda causa est quia [3] Ecclesiae Dei necessaria est cognitio linguarum, propter sacramenta et consecrationes. Nam intentio necessaria est sacramento, ut theologi sciunt. Et intentionem praecedit intellectus, et notitia rei faciendae. Et ideo per omnem modum expediret Ecclesiae ut sacerdotes et praelati omnia vocabula sacrificiorum et sacramentorum et

[1] J., Dominus tecum. V. om. Dominus tecum.
[2] J., expellandam.
[3] J., quare.

consecrationum scirent rite proferre et intelligere; sicut a principio sacri et summi pontifices, et omnes sancti patres et institutores ordinum ecclesiasticorum, constituerunt et sciverunt qualiter in verbis et sensibus mysteria Dei consistunt. Unde incipiendo a primis ut ab exorcismis et catharizationibus et sic per baptismum[1] et omnia sacramenta discurrendo, non solum decens est sed expediens et necessarium esset, ut ab eis qui ministrant sacramenta sciretur recta pronuntiatio et debitus intellectus, quatenus in nullo derogaretur sacramento. Sed modo per universam Ecclesiam innumerabiles proferunt verba instituta ab Ecclesia et nesciunt quid dicunt, nec verborum servant rectam pronuntiationem; quod esse non potest sine injuria sacramenti. Utinam fiat cum plena efficacia effectus sacramentalis! Et cum Ecclesia statuit haec ex certa notitia, et omnes patres antiqui sciverunt rectam pronuntiationem et sensum vocabulorum secundum quod competebat sacramentis, nos nullam habemus excusationem; sed turpis et vilis ignorantia est, nulla tergiversatione excusanda. Et quando in consecrationibus ecclesiarum cuspide[2] baculi pastoralis fiunt literae alterius linguae secundum ordinem alphabeti, certum est quod paucissimi faciunt figuras debitas, secundum quod a sanctis patribus et Ecclesia fuerunt institutae, propter ignorantiam characterum[3] linguae[3] alterius[3]. Et praecipue in hoc erratur quod tres figurae fiunt, quae nullo modo scribi deberent in alphabeto Graeco. Nam proculdubio figurae quae vocantur episemon[4] ς, koppa, et character ϡ[4], non sunt de alphabeto Graecorum, nec Graeci unquam inseruerunt in ordine literarum; sed sunt figurae et notae numerorum. Moderni vero Latini non considerant quod Graeci numerant per literas alphabeti, et quod ad complendum computationem interserunt tres figuras prius nominatas, scilicet has ς ϟ ϡ[5]. Sed hoc faciunt quando numerant, non quando utuntur[6] figuris pro literis

[1] J., baptismum. V., baptisma. [2] J., cupide (*sic*).

[3] J., caracterarum alterius linguae.

[4] V. J. have episimon scopita et caractira. It would seem that the scribe mistaking s for s, prefixed it to the *koppa*, and by joining the cross-bars of *sanpi* turned it into *a*.

[5] V. leaves a blank space for these symbols. J. omits the first, and gives the second imperfectly. [6] J., nominatur (*sic*).

et scripturis; unde in scribendo nunquam utuntur his tribus figuris, nec ponunt[1] eas in ordine alphabeti. Sed Ecclesia instituit quod literae solae alphabeti scriberentur in consecratione Ecclesiae, et decrevit uti literis non notis numerorum. Quapropter valde indignum est quod per universam Ecclesiam fiat hujusmodi erronea scriptura.

Et vile est quod haec nomina $\overline{\text{IHC}}$. $\overline{\text{XPC}}$. scribuntur per literas Graecas, et aestimatur quod sint Latinae, aut nescitur cujusmodi sint Graecae. Nam proculdubio in hoc nomine $\overline{\text{IHC}}$. prima est *iota*, quae valet *j* nostrum; secunda est *ita*, quae valet *e* longum; tertia est *sima*, quae valet *s* nostrum. Et in hoc nomine $\overline{\text{XPC}}$. prima est *chi*, quae valet *ch* aspiratum; secunda est *ro*, quae valet *r* nostrum; tertia est *sima*.

Tertia vero causa est de notitia linguarum Ecclesiae Dei necessaria. Nam multi Graeci et Chaldaei et Armeni et[2] Syri et Arabes, et aliarum[3] linguarum nationes subjiciuntur[4] Ecclesiae Latinorum, cum quibus[5] habet multa ordinare, et illis varia mandare. Sed non possunt haec rite pertractari, et ut oportet utiliter, nisi Latini scirent linguarum hujusmodi rationem. Cujus signum est, quod omnes dictae nationes vacillant fide et moribus, et negligunt ordines Ecclesiae salutares, quia persuasionem sinceram non recipiunt in lingua materna. Unde ubique apud tales nationes sunt mali Christiani, et Ecclesia non regitur ut oportet.

Quarta vero causa est propter totius Ecclesiae decursum a principio usque in finem dierum. Nam dicit Dominus, Iota unum aut unus[6] apex non praeteribit a lege, donec omnia fiant. Et ideo docetur pulchre in libro de sensibus scripturarum quomodo singulae literae alphabeti Hebraei signabant super populum antiquum, et ostendunt[7] numerum centenariorum annorum quibus decurrebat status illius gentis juxta singulas aetates et secula, secundum[8] speciales vires et potestates literarum; et deinde decursum Ecclesiae Latinorum per virtutes literarum Latinarum. Et consimilis[9] est consideratio super Ecclesia Graeca per literas sui alphabeti. Et in hujus-

[1] J., ponant. [2] J., Armeni et. V.om. Armeni et. [3] J., alia.
[4] J., scribuntur, corrected in margin to sub[jici]unt[ur]. [5] V., quilibet (*sic*).
[6] V. J., unum apex. [7] V. J., ostendit. [8] J., secundum. V., per. [9] J., cum similis.

modi consideratione mirabili notantur[1] tempora secundum omnes status Ecclesiae usque in finem, et per quot centenarios annorum durabit quaelibet mutatio quae accidit Ecclesiae in decursu suo. Cui considerationi mirabili si prophetias et testimonia digna necteremus, possemus per Dei gratiam praesentire utiliter ea quae Ecclesia recipiet tam in prosperis quam adversis. Et ideo nihil utilius esset quam hujusmodi virtutem literarum considerare cum aliis considerationibus similibus. Nam ad certificationem tantarum rerum multae viae requiruntur, quarum saltem una non ignobilis est per literas linguarum diversarum. Et nequeo satis admirari qualiter fuit[2] haec consideratio excogitata, cum videatur inexpertis habere debile fundamentum, scilicet literas alphabeti, quae sunt prima puerorum rudimenta. Sed secundum documentum Apostoli, minora sunt magis necessaria et majori honore circumdanda. Et sicut Deus elegit infirma ut fortia quaecunque[3] confundat, ita in rebus quas reputamus minimas posuit majestas majora quam possit intelligere mens humana. Et sic est in his literis triplicis alphabeti; unde non sine causa[4] in epitaphio Domini scriptum est Hebraice Graece et[5] Latine, ut doceremur quod Ecclesia cruce Domini redempta habeat considerare virtutes literarum triplicis alphabeti; praecipue cum Ecclesia incepit in Hebraeis, et profecit in Graecis, et consummata est in Latinis.

CAPITULUM XII.[6]

Secundo est multum necessaria reipublicae Latinorum dirigendae cognitio linguarum propter tria. Unum est communicatio utilitatum necessariarum in mercaturis et negotiis sine quibus Latini esse non possunt, quia medicinalia et omnia pretiosa recipiuntur ab aliis nationibus, et inde oritur magnum damnum Latinis et fraus eis infertur infinita, quia linguas ignorant alienas quantumcunque[7] per interpretes eloquantur;

[1] J. omits notantur. [2] J., fuerit. [3] J., quaeque.
[4] J., maxima causa. [5] J. omits et.
[6] Title in margin of J.: [capitulum] secundum de comparatione [rerum necessari]-arum ad rempu[blica]m Latinorum. [7] J., quamhabet (*sic*) for quamlibet?

nam raro sufficiunt[1] interpretes ad intelligentiam plenam, et rarius inveniuntur[2] fideles. Secunda causa est propter justitiam requirendam. Nam infinitae injuriae fiunt Latinis apud alias nationes a plebe, tam clericis quam laicis et religiosis ac fratribus praedicatoribus et minoribus qui vadunt propter varias utilitates Latinorum. Sed quia linguas nesciunt non possunt coram judicibus causas peragere nec justitiam consequuntur. Tertia causa est propter pacem obtinendam[3] inter principes aliarum nationum et inter Latinos et ut [bella] sedentur[4]. Nam quando nuntii solemnes cum literis et instrumentis diriguntur in lingua propria ex utraque parte, pereunt saepissime quae magnis laboribus et expensis coepta sunt propter ignorantiam idiomatis alieni. Et non solum nocivum est, valde verecundum est, quando inter omnes sapientes Latinorum praelati et principes non inveniunt unum hominem qui unam literam Arabicam vel Graecam sciat interpretari, nec uni nuntio respondere, sicut aliquando accidit; ut intellexi quod Soldanus Babyloniae scripsit domino Regi Franciae qui nunc est, et non fuit inventus in toto studio Parisiensi nec in toto regno Franciae qui sciret literam sufficienter exponere, nec nuntio ut oportuit respondere. Et dominus Rex de tanta ignorantia multum mirabatur, et valde ei displicuit quod sic invenit clerum ignorantem.

[CAPITULUM XIII.]

Tertio[5] linguarum cognitio necessaria est Latinis propter conversionem infidelium. Nam in manibus Latinorum residet potestas convertendi. Et ideo pereunt Judaei inter nos infiniti quia nullus eis scit praedicare, nec scripturas interpretari in lingua eorum, nec conferre[6] cum eis nec disputare juxta sensum literalem, quia et veram literam habent [et] suas expositiones

[1] Paragraph ends here in V. and J. As explained elsewhere, the remainder of this text, with the exception of the concluding paragraph, is from J. only (ff. 107–108b), where it is displaced from its context.

[2] J., invenitur. [3] J., abtinendam. [4] J., seduntur.

[5] J., Tertio. There is no indication in the MS. of a new chapter; but this is obviously the third of those mentioned in the title noted on page 115.

[6] J., cum ferre.

antiquas secundum [sententiam . . .][1] et aliorum sapientum quantum literalis expositio requirit, et in universali quantum ad sensum spiritualem. Nam textus ubique spiritualiter sonat Messiam quem[2] Christum dicimus, sicut ipsi Hebraei non ignorant, eo quod expectant ipsum venturum, sed in tempore sui adventus decepti sunt. O damnum ineffabile animarum, cum facile esset innumerabiles Judaeos[3] converti! Quod esset pessimum quia ab eis fundamentum fidei nostrae incepit, et deberemus considerare quod sunt de semine patriarcharum et prophetarum, et, quod plus est, de eorum stirpe Dominus natus est et gloriosa Virgo et apostoli et innumerabiles [sancti][4] a principio Ecclesiae descenderunt. Deinde Graeci et Rutheni et multi alii schismatici[5] similiter in errore perdurant quia non praedicatur eis veritas in eorum lingua, et Saraceni similiter et Pagani, ac Tartari, et caeteri infideles per totum mundum. Nec valet bellum contra eos quoniam aliquando confunditur Ecclesia in bellis Christianorum, ut ultra mare saepe accidit et maxime in ultimo exercitu, scilicet domini Regis Franciae ut totus mundus [scit][6]; et alias si vincunt Christiani, non est qui terras occupatas defendat. Nec sic convertuntur sed occiduntur et mittuntur in infernum. Residui vero qui supersunt post bella filii eorum irritantur magis ac magis contra fidem Christianam propter istas guerras, et in infinitum a fide Christi elongantur, et inflammantur ut omnia mala quae possunt faciant Christianis. Unde Saraceni propter hoc in multis mundi partibus fiunt impossibiles conversioni; et maxime ultra mare et in Prussia[7] et terris vicinis Alemanniae, quia Templarii[8] et Hospitalarii et fratres de Domo Teutonica multum perturbant conversionem infidelium propter guerras quas semper movent, et propter hoc quod [vo]lunt[9] omnino dominari. Non enim est dubium quin[10] omnes nationes infidelium ultra Alemanniam fuissent diu conversae, nisi esset violentia fratrum de Domo Teutonica, quia gens paganorum fuit multoties parata recipere fidem in pace secundum[11] praedi-

[1] J], Senans, followed by a blank space.
[2] J., quam.
[3] J., Judaeis.
[4] Space left blank in J.
[5] J., Scimastici.
[6] Blank in J.
[7] J., Pruscia.
[8] J.,Templani.
[9] MS. worn here.
[10] J., qui.
[11] J. sed.

cationem. Sed illi de Domo Teutonica nolunt sustinere, quia volunt eos subjugare et redigere in servitutem, et sub[tilibus][1] persuasionibus[1] Romanam Ecclesiam jam a multis annis deceperunt. Notum est istud, aliter hoc non formarem. Praeterea fides ingressa non est in hunc mundum per arma sed per simplicitatem praedicationis, ut manifestum est. Atque pluries audivimus et certi sumus quod multi quamvis imperfecte sciverunt linguas et habuerunt debiles interpretes, fecerunt tamen magnam utilitatem praedicando, et innumerabiles converterunt ad fidem Christianam. O quam considerandum esset hoc negotium, et timendum est ne Deus requirat a Latinis quod ipsi negligunt linguas ut sic negligant praedicationem fidei! Nam pauci sunt Christiani, et tota mundi latitudo est infidelibus occupata; et non est qui eis ostendat veritatem.

[Capitulum XIV.]

Quartum,[2] quod est reprobatio eorum qui converti non possunt, magis requirit vias sapientiae quam bellicum laborem. Nam semper redeunt infideles ad suarum [propria][3] provinciarum, sicut patet ultra mare et citra in Prussia[4] et terris paganorum vicinis Alemanniae et ubique; quia Christiani cruce signati etsi aliquando vincant, tamen facta peregrinatione ad propria revertuntur, et indigenae remanent et multiplicantur. Sed oporteret ut primo praedicaretur fides per homines sapientes in omni scientia, sed qui bene scirent linguas vel optimos haberent interpretes et fideles. Et cum perciperetur quod aliqua gens fuisset obstinata non oporteret militiam[5] solam praeparari, sed sapientes congregari qui non ad tempus nec partem infidelium deberent [subjugare] sed totum[6] genus[6] eorum quod est prope Christianos ut saltem [sancta][7] terra cum Jerusalem in possessione Christianorum semper remaneret sine timore amittendi in perpetuum. Et cum multa hic arcana scientiarum et artium

[1] J. leaves blank space after sub; prosuasionibus for persuasionibus.
[2] No new chapter indicated in J. But *cf.* p. 120.
[3] Left blank in J.
[4] J., priscia.
[5] J., miliam.
[6] J., totum gens (*sic*).
[7] Blank in J.

magnalium requirantur, de quibus postea diversis locis facio sermonem, non solum propter praesentes sed propter Antichristum et suos, non est tamen despicienda[1] linguarum et literarum diversarum potestas. Nam tanta virtus potest in verbis consistere quod nullus mortalium sufficiat indagare. Et ad hoc volo innuere per multas vias, quia materia difficilis est et magnae contradictionis. Nam videmus quod verba sacramentorum habent infinitam virtutem. Et scimus quod ad imperium et verba sanctorum a mundi principio mutabantur jura naturae, et obediebant elia (*sic*) et bruta alia ita ut innumerabilia miracula facta sint. Sed non est abbreviata manus Dei; et credere debemus quod si auctoritate Ecclesiae et ex recta intentione et forti desiderio multi veri et sapientes Christiani voces sacras[2] proferrent ad pro[pagationem][3] fidei et destructionem falsitatis, quod multa bona possint Dei gratia provenire. O quanti et quot tyranni et mali sunt ad verba efficacia confusi et convicti magis quam per bella! Et non solum per verba sanctorum vel fidelium, sed per verba philosophorum sunt ita attoniti quod coacti fuerunt obedire veritati. Historiae nos certificant de istis, et vidimus plures de plebe qui per orationes quasdam[4] liberaverunt multos a maximis periculis. Nam per versus duos in quibus continentur nomina trium regum Coloniensum accidit quod[5] . . . . Et novi hominem qui cum fuerat puer invenit hominem in campis qui ceciderat de morbo caduco, et scripsit illos[6] versus ac posuit circa collum ejus, et statim sanatus est; et nunquam postea ei accidit donec post multa tempora uxor ejus volens eum confundere propter amorem clerici cujusdam quem[7] amavit fecit eum n[udari][8] ut saltem balnei tempore propter aquam deponeret cedulam de collo suo ne per aquam violaretur.[9] Quo facto statim arripuit eum infirmitas in ipso balneo; quo miraculo percussa mulier iterum ligavit cedulam et curatus est. Quis erit ausus interpretari hoc in malum, et daemonibus ascribere,[10] sicut aliqui inexperti et insipientes

[1] J., despiciendi.
[2] J., sacros.
[3] Left blank in J.
[4] J., quosdam.
[5] Blank space in J.
[6] J., allos.
[7] J., quam.
[8] Left blank in J.
[9] J., inviolaretur.
[10] J., acrebere.

multa daemonibus ascripserunt[1] quae Dei gratia aut per opus naturae et artium sublimium potestatem multoties facta sunt? Quomodo enim probavit mihi aliquis quod opus daemonis fuit istud, quoniam nec puer decipere sciebat nec volebat? Et mulier, quae decipere volebat non solum virum sed se per fornicationem dum abstulit scripturam, viso miraculo pietate mota cedulam[2] religavit. Malo hic pie sentire ad laudem beneficiorum Dei quam ex praesumptione magna damnare quod verum est. Similiter in Polonia et in multis regionibus fiunt exorcismi de ferro quod portatur in manibus vel super quod ambulatur. Et similiter de aqua in qua ponitur accusatus, et haec fiunt per Ecclesiam et sacerdotes, et innocens evadit sine periculo, peccatores vero committuntur[3]; sicut in lege veteri mulier de adulterio accusata bibit aquam consecratam et liberata est si fuit innocens, si vero culpabilis, peccatum ejus ostendebatur. Certum autem est quod anima rationalis, quae est nobilior creaturarum post angelos, habet secundum jura suae dignitatis respectu creaturarum viliorum magnam potestatem; sicut nos videmus quod caelestia, quia nobiliora sunt, habent posse super inferiora. Et quodlibet inferiorum quod est [nobilius][4] virtute potest minus nobile alterare, ita quod ignobiliora mutant ad suas naturas nobiliora, ut vinum inebriat hominem et ignis comburit eum. Sed hoc est in quantum vinum vel ignis nobilius est; nam omne agens est nobilius patiente, ut Aristoteles dicit, et certum est, quia propter defectum cujuslibet creaturae vilior habet aliquam praerogativam qua caret nobilior. Cum ergo anima rationalis sit dignior omni anima corporali quasi sine comparatione, non est dubium quin ipsa habeat magnam in suis operibus potestatem quando[5] immaculata[6] est a peccato[7] vel mandata per gratiam Dei, et magno desiderio et certa intentione operetur. Sed praecipuum[8] ejus opus est verbum, et ideo semper sancti per verborum prolationem fecerunt mirabilia. Caeterum ipsa anima rationalis scit eligere tempus electarum constellationum ad omnia opera sua, ut medicus peritus elegit tempus

[1] J., ascrepunt. [2] J., cedula. [3] J. cum mittuntur. [4] Blank in J.
[5] J., quoniam. [6] J., immacula. [7] J., peccati.
[8] J., principium. Cf. vol. i. p. 395, l. 8.

opportunum pro medicinis et minutionibus et aliis, secundum quod Hippocrates et Galienus et Aristoteles et Ptolemaeus et alii auctores certificant. Et non solum in his, sed in omnibus ad quae corpora mundi alterantur per caelorum virtutes; et ideo sapientes, non solum puri philosophi sed sancti ut Moses et alii, fecerunt opera in electis constellationibus, sicuti inferius exponam suo loco, per quas regiones alteraverunt[1] et homines excitaverunt ad multa salva libertate arbitrii. Unde et bella gesserunt utiliter et multa magnalia operati sunt. Et ideo sicut alia opera in debitis temporibus fecerunt mirifica, sic et formaverunt verba quae magnam receperunt virtutem ex ipsa constellatione caelesti, et ideo fecerunt multa per haec verba. Sed haec dependent ex sequentibus; et ideo pertranseo de his usque ad loca opportuna. Si tamen alia opera recipere possunt virtutem ex anima immaculata, et desiderio forti, et certa intentione, et virtute caelesti, credunt multi sapientes quod longe magis potest verbum, quod est principium et primum opus animae rationalis, et maxime in triplici lingua quae consecratae sunt divinis mysteriis, ut sunt Hebraea, Graeca, Latina. Sed haec hactenus. Nam haec intelligi non possunt[2] ut oportet sine posterioribus.

Ex[3] his igitur quae circa linguas dicta sunt, patens est quod Latini magnum habent sapientiae detrimentum propter linguarum ignorantiam. Unde ex hac parte gloriari non possunt de sapientia, immo multum inglorii et cum vario sapientiae damno languent; quod quia[4] non advertunt,[5] ideo necessitate compulsi sunt moderni damnum cum vituperio sustinere, a quibus omnes sancti doctores, philosophi et sapientes antiqui remanserunt immunes.

[1] J., alteraverint. [2] J., ut possint.

[3] This paragraph occurs in V. f.21, and in J. f.104. The reason for its position here is elsewhere explained. (*Cf.* Preface to this volume and add. note on Vol. i., p. 96.)

[4] J., quia, altered to que. V. quia. [5] J., avertunt. V., advertunt.

CORRECTIONS AND EMENDATIONS

CORRECTIONS AND EMENDATIONS.

VOL. I. PART IV.

p. 99, l. 9,	*for*	eo	*read*	Deo.
p. 100, l. 16,	,,	libris	,,	libro.
p. 101, l. 10,	,,	in secundo Physicae	,,	secundo Physicorum.
p. 102, l. 28,	,,	incompositum	,,	et incompositum.
p. 104, l. 12,	,,	difficilia	,,	difficiliora.
p. 105, l. 19,	,,	physicae	,,	Physicorum.
,, l. 20,	,,	metaphysico	,,	Metaphysicae.
p. 106, l. 30,	,,	nonum	,,	nono.
p. 107, l. 13,	,,	quoniam	,,	cum.
p. 109, cap. i., l. 20,	*for*	compositiones	,,	operationes.
p. 111, l. 10,	*for*	per rerum generationem	,,	pro rerum generatione.
p. 113, l. 5,	,,	perspectiva	,,	perspectivae.
,, l. 35,	,,	a sole	,,	a quolibet puncto solis.
p. 115, l. 13,	,,	videbit	,,	videbit *a*.
,, l. 20, 21,	,,	columnari et pyramidali annulari et ovali	,,	vel columnari vel pyramidali vel annulari vel ovali.
p. 118, l. 37,	,,	xiii.	,,	xv.
p. 120, l. 2,	,,	unigenius	,,	unigeneus.
p. 121, l. 4,	,,	ab alto	,,	ab alto perpendiculariter.
p. 122, l. 15,	,,	nulla	,,	illa.
,, l. 32,	,,	quando	,,	quod.
p. 123, l. 24,	,,	xvii.	,,	xiii. (see add. notes).
p. 125, l. 32,	,,	tum	,,	tamen.
p. 126, l. 15,	,,	judicamus	,,	judicamus quando consideramus.
p. 130. l. 9,	,,	aetates	,,	aetates singulas.
p. 132, l. 28,	*after*	magnitudinem	*insert*	et altitudinem.
,, cap. iii., l. 2,	*for*	eorum	*read*	earum.
p. 133, l. 24,	*for*	adhuc	,,	ad hoc.
p. 135, l. 1,	,,	leni	,,	levi.

p. 135, l. 19,	*for*	lenitatem	*read*	levitatem.
p. 136, l. 9,	,,	redeunt	,,	ac deinde redeunt.
,, l. 29,	,,	et ut fere	,,	et fere.
p. 137, l. 23,	,,	et Libra satis	,,	et satis.
,, l. 27,				chapter should be continued to confirmare, p. 138, l. 2.
p. 138, l. 25,	,,	descinduntur	*read*	deciduntur.
p. 140, l. 3,	,,	ab ejus	,,	a sua.
,, l. 17,	,,	potest hoc scire	,,	potest scire.
p. 141, l. 12–14,				place full stop after terrae, and comma after occidentis.
,, l. 23,	,,	existentes	*read*	existentis.
,, l. 32,	,,	hic intelligo quod sit	,,	intelligo quod hic sit.
p. 142, l. 33,	,,	somnis	,,	somno.
p. 143, l. 2,	,,	nascuntur	,,	irascuntur.
p. 144, l. 9,	,,	quod	,,	quia.
,, l. 11,	,,	quod actus a forma	,,	quia actus id est forma.
p. 145, l. 13,	,,	quod	,,	quin.
,, l. 19,	,,	potentia	,,	potentia continui.
p. 147, l. 31,				comma after d, not after c.
,, l. 38,	,,	F ipsi A	*read*	*f* ipsi *a*.
p. 148, l. 15,		cap. viii. to end, cap. ix. to begin.		
,, l. 20,		after numero,		add, et quod omnia essent unum corpus numero.
p. 154, l. 14,	*for*	figurae, intra	*read*	figurae intra.
p. 155, l. 7,	,,	ἴσων	,,	iso.
,, l. 8,	,,	περι μετρον	,,	peri metron.
,, l. 10,	,,	superficiales	,,	superficies.
p. 156, l. 8,	,,	xxviii.	,,	xviii.
,, l. 37,	,,	aeque	,,	aquae.
p. 157, cap. xi., l. 1,	*for*	per	,,	juxta.
p. 158, l. 20,	*for*	xxxviii.	,,	xxviii.
p. 159, l. 31,	,,	τετράς	,,	tetras.
p. 160, l. 15,	,,	quinque anguli vel tres	,,	quinque anguli vel quatuor vel tres.
p. 161, l. 1,	,,	et rectus	,,	rectus.
,, l. 20,	,,	figura corporalis	,,	figura regularis corporalis.
p. 162, l. 9,	,,	magis	,,	magis proprie.
p. 163, l. 25,	,,	sit	,,	fit.
,, l. 36,	,,	insulis Hiberniae et India	,,	in solis Hibernia et India.
p. 164, l. 12,	,,	hic non computantur	,,	hoc non computatur.
p. 166, l. 16,	,,	in mente	,,	immediate.
,, l. 18, 31,	,,	linearum	,,	linearem.

p. 167, cap. xv., l. 9,	*for*	descendant	*read*	descendent.
,, l. 15, 17,	*for*	centrum	,,	caelum.
p. 172, l. 20,	,,	ergo	,,	primo.
p. 173, l. 17,	,,	gravior	,,	gravius.
p. 174, l. 1,	,,	quod hujusmodi	,,	quod per hujusmodi.
p. 177, l. 10,	,,	sexto libro	,,	et per sextum librum.
,, l. 31,	,,	detegunt	,,	detergunt.
p. 178, l. 14,	,,	caetera	,,	caeca.
,, l. 20,	,,	omerium	,,	Memorium.
p. 179, l. 23,	,,	actoris	,,	auctoris.
p. 181, l. 8,	,,	Almagesto	,,	Almagesti.
p. 182, l. 17,	,,	operationem	,,	comparationem.
,, l. 30,	,,	dictat	,,	dicat.
,, l. 36,	,,	quia	,,	quasi.
p. 183, l. 31,	,,	longitudinem latitudinem	,,	longitudinem et latitudinem.
p. 184, l. 24,	,,	chirographiam	,,	chorographiam.
p. 185, l. 18,	,,	naturam	,,	materiam.
,, l. 38,	,,	viam	,,	veram.
p. 189, l. 1,	,,	contrario	,,	e contrario.
p. 190, l. 30,	passage omitted (see additional notes).			
p. 191, l. 17,	*for*	alteratio	*read*	altercatio.
,, l. 32,	,,	lux	,,	aux.
p. 194, l. 23,	,,	Aegypto in	,,	in Aegypto.
p. 196, l. 24,	,,	quem	,,	quam.
p. 199, l. 34,	,,	xxvii.	,,	dies xvii[ma].
p. 200, l. 7,	,,	quare	,,	quod.
p. 201, l. 37,	passage omitted; see additional notes.			
p. 203, l. 23,	*for*	vicesimo septimo	*read*	tricesimo secundo.
,, l. 24,	,,	tabularum	,,	tabularem.
p. 205, l. 25,	,,	sequentes	,,	sequaces.
p. 206, l. 35,	,,	Quapropter	,,	Praeterea.
p. 211, l. 14,	,,	pomeas	,,	*pumeus* (see add. notes).
p. 213, l. 16,	,,	propter	,,	per.
p. 214, l. 11, 12,	,,	propter quod	,,	propter hoc quod.
,, l. 30,	,,	incedunt	,,	intendunt.
p. 218, l. 27,	,,	est	,,	esca.
p. 223, l. 2,	,,	geometra	,,	geometer.
,, l. 33,	,,	quantum	,,	quoniam.
p. 228, l. 5,	,,	542,570	,,	542,750.
p. 231, l. 13,	,,	huic correspondentis	,,	huic cordae correspondentis.
,, l. 26,	,,	primae	,,	pinnae.

p. 234, l. 13,	*for*	quae	*read*	qua.
,, l. 21,	,,	Almagestum	,,	Almagesti.
p. 236, l. 32,	,,	octava	,,	octavo.
p. 240, l. 7,	,,	superstitionis	,,	superstitiosis.
,, l. 20,	,,	falsidica	,,	fatidica
p. 241, l. 9,	,,	damnant	,,	damnantur.
p. 243, l. 17,	,,	existentia	,,	esse.
p. 244, l. 9,	,,	quicunque	,,	quandoque.
p. 245, l. 17,	,,	quicunque	,,	quandoque.
p. 246, l. 35,	,,	reprobant	,,	reprobent.
p. 247, l. 7,	,,	homilia	,,	homiliis.
p. 249, l. 8,	,,	cogitur	,,	cogatur.
p. 250, l. 2,	,,	juvatur	,,	innititur.
,, l. 33,	,,	diversae	,,	diversi.
,, l. 38,	,,	propinqui	,,	propinquae.
p. 251, l. 25,	,,	nativitatem	,,	nativitatum.
,, l. 30,	,,	occidere	,,	accidere.
p. 252, l. 29,	,,	contrarium	,,	contrariam.
,, l. 31,	,,	voluntatem	,,	voluntatum.
p. 253, l. 1,	,,	habeat	,,	habet.
p. 254, l. 11,	*after*	mundi	*insert*	quae sunt sex.
p. 255, l. 10,	*for*	horizontem	*read*	orientem.
,, l. 32,	,,	fuerunt	,,	fuerint.
p. 257, l. 16,	,,	habent	,,	habet.
p. 263, l. 12,	,,	conjungitur	,,	junguntur.
p. 264, l. 31,	,,	cursos	,,	cursus.
p. 266, l. 18,	,,	hic	,,	hoc.
p. 267, l. 22,	,,	ostenderentur	,,	ostenderet.
p. 268, l. 32,	,,	locis eis	,,	locis illis.
p. 269,		cancel footnote 2. See add. notes.		
p. 270, l. 28,	*for*	tamen	*read*	tandem.
p. 271, l. 19,	,,	crescit	,,	crescunt.
p. 272, l. 15,	,,	tenuit	,,	tenuerit.
,, l. 16,	,,	mutavit	,,	mutaverit.
p. 274, l. 7,	,,	propter	,,	post.
p. 278, l. 1,	,,	xix.	,,	xxix.
p. 281, l. 35,	,,	lunaris dici primatio	,,	lunam dici primam.
p. 283, l. 13,	,,	parte prima	,,	parte secunda.
p. 284, l. 24,	,,	ecclesiae	,,	ecclesia.
p. 286, l. 12,	,,	debet	,,	dabit.
,, l. 15,	,,	mundo	,,	ea.
,, l. 17,	,,	primo	,,	quarto.
,, l. 23,	,,	dissere	,,	disserere.

p. 286, l. 23,	*for*	utilitates	*read*	utiliter.
p. 287, l. 7,			*omit*	causantur.
p. 287, l. 9,	,,	sciant	*read*	sciantur.
p. 288, l. 8,	,,	prope	,,	proprie.
,, *ib.*	,,	primo	,,	primus.
,, l. 11,	,,	ut hoc autem	,,	ad hoc autem quod.
,, l. 16,			*omit*	terrae.
,, l. 28,	,,	diversas positiones	*read*	differentias positionis.
,, l. 30,	,,	imaginabimur	,,	imaginaverimus.
,, l. 37,	,,	eam	,,	eum.
p. 289, l. 1,	,,	imaginemur	,,	imaginamus.
,, l. 38,	,,	alia	,,	aliae.
p. 291, l. 9,			see add. notes.	
p. 292, l. 29,	,,	essent—distantes	*read*	esset—distantia.
p. 293, l. 4,	,,	orientem et occidentem	,,	oriens et occidens.
p. 294, l. 21,	,,	circuet	,,	circuiet.
,, l. 25,	,,	hujus	,,	hujusmodi.
p. 296, l. 16,	,,	concursum	,,	concursu.
